





DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA

DE

ALIENATIONE BONORVM HERE-  
DITARIORVM IN CASV, VBI FORENSES  
LIBERE DE IIS DISPONERE POSSVNT, IVRE  
NOVO HAMBVRGENSI LICITA,

QVAM

ASSISTENTE NVMINIS DIVINI GRATIA  
EX DECRETO

ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM ORDINIS  
IN ACADEMIA CHRISTIAN-ALBERTINA,  
P R Æ S I D E

VIRO MAGNIFICO,

ILLVSTRI ET CONSULTISSIMO,

AMANDO CHRISTIANO DORN, D.  
ACADEMIÆ PRO-CANCELLARIO,

CÆSAREÆ CELSITVDINIS, MAGNI DVVIS ET TERRARVM  
RVTHENICARVM HEREDIS IN CANCELLARIA DVICALI SLESVICO-HOL-  
SATICA CONSILIARIO IVSTITIÆ, IVRIS PVBLICI ET FEVDALIS  
PROFESSORE ORDINARIO, ATQVE FACVLTATIS IVRIDICÆ  
PRIMARIO, h. t. DECANO,

PATRONO ATQVE FAVTORE SVO MAXIMOPERE DEVENERANDO,  
P R O L I C E N T I A

SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES RITE CAPESSENDI  
DIE XI. IVLII ANNO MDCCLIX.

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT  
A V C T O R

IOANNES CHRISTIANVS V̄LKEN,  
HAMBVRGENSIS,  
IN PATRIA ADVOCATVS.

KILONII, LITTERIS GOTTF. BARTSCHII, ACAD. TYPOGR.

*Don. de alienatione bonor. hereditarior.*

3, 02.  
174  
M  
1759, 1 a



DISSERTATIO IN ACADEMIA CHRISTIANA-ALBERTINA

DE  
ALIBINATIONE BONORVM HEREDITARIORVM IN CASV VBI FORENSES LIBERE DE IS DISPONERE POSSVNT IVRE NOVO HAMBVRGENSI LICITA

ASSISTENTE NVMINIS DIVINI GRATIA  
ILLVSTRIS IVRE CONSULTORVM ORDINIS  
IN ACADEMIA CHRISTIANA-ALBERTINA

TR. S. I. D. E.  
VIRI MAGNIFICI  
ILLVSTRIS ET CONSULTISSIMO  
AMANDO CHRISTIANO DORN, D.

ACADEMIE PRO-CANCELLARIO  
CASA ET SITVS MAGNIFICVS ET TERRARVM  
HAMBVRGENSIVM IN CEMETERIO DVCALE S. MICHAELIS  
SALICA CONSILIARIO IVRIS PVBlici ET LEGALIS  
PROFESSORE ORDINARIO, ADOVE FACULTATIS IVRIDICE  
PRIMARIO, ET LICENTIO

PRONONCIANTE VITTORE SVO MAGNIFICENTE DEVERENDO  
P. R. O. LICENTIA  
SVMOS IN VTRIQVE IVRE HONORES RITE CAPESSENDI  
DE XIIIII ANNO MDCCCLX

IOHANNES CHRISTIANVS VIKEN

ACTOR  
IN PATRIA ADVOCATVS  
ALONN. LITTEAE GOTTFR. BARTSCHII. ACAD. TROCK.



INCLYTÆ ATQVE LIBERÆ  
SACRI ROMANI IMPERII  
REIPUBLICÆ HAMBURGENSIS  
SENATVI SPLENDIDISSIMO

VIRIS

PERILLVSTRI BV S, MAGNIFICIS, EXCEL-  
LENTISSIMIS, AMPLISSIMIS, CONSVLTIS-  
SIMIS, PRVDENTISSIMIS,

DOMINIS DOMINIS

CONSVLIBVS,

SYNDICIS,

SENATORIBVS,

ARCHIVARIO,

PROTONOTARIO,

SECRETARIIS,

ARCHIVARIO ADIVNCTO

PATRIÆ PATRIBVS OPTIMIS  
SALVTIS AC LIBERTATIS PVBLICÆ  
PROMOTORIBVS ET PROPVGNATORIBVS  
VIGILANTISSIMIS

IYSTITIÆ DEFENSORIBVS GRAVISSIMIS  
MÆCENATIBVS ATQVE PATRONIS SVIS  
ÆTERNO HONORIS CVLTV PROSEQVENDIS

HANC QVALEMCVNQVE SVAM  
DISSERTATIONEM INAVGVRALEM

IN SVMMÆ REVERENTIÆ TESTIMONIUM

CVM VOTO OMNIGENÆ FELICITATIS

EA, QVA PAR EST, ANIMI SVBMISSIONE  
PIETATE ET OBSERVANTIA.

HVMILLIME OFFERT

TANTORVM NOMINVM

CVLTOR OBSEQVIOSISSIMVS  
IOANNES CHRISTIANVS VILKEN.



*Q. D. B. P.*  
DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA  
DE  
ALIENATIONE BONORVM HEREDITARIORVM  
IN CASV, VBI FORENSES LIBERE DE IIS DISPONERE  
POSSVNT, IVRE NOVO HAMBVRGENSI LICITA.

§. I.

**C**onstat inter omnes, quam famosa jure Statutario Hamburgensi sit distinctio inter bona hereditaria & adquisita, & quot quantaque inde fluant consecraria, cum hoc discrimine arctissime connexa. Ultra fines propositi mei progredere, si omnia hic evolvere vellem, quorum pertractatione supersedere etiam possum, quum ad finem meum praecise non faciant, & jam multi clarissimi Viri ante me de hac materia fuse egerint. (a) Nec minus a scopo meo longius justo aberrarem, si vellem inquirere, unde

Distinctio  
inter bona  
hereditaria  
& adquisi-  
ta, Ham-  
burgi usi-  
tata.

(a) vid. inter plures alios Consultiss. GOEBELII Dissertatio de diverso jure bonorum acquisitionum & hereditariorum Hale Magdeburgica sub praesidio JAC. FRID. LUDOVICI anno 1714 habita, quae ob singulares ibi adlatos casus omnem laudem meretur, & LAURENTIUS PETERS in dissertatione de alienatione bonorum hereditariorum, quam Lugduni Batavorum anno 1693 defendit.

unde hæc peculiaris Juris Statutarii dispositio, quæ a jure communi prorsus aliena est, originem traxerit, quum ortum & progressum legum Hamburgensium, si non alii, saltem Vir celeberrimus ac solida & eleganti eruditione præclarus MICHAEL RICHEY, Gymnasilii florentissimi Hamburgensis Professor publicus Senior, Ejusdemque verum decus, Præceptor olim meus summopere venerandus, in Historia Statutorum Hamburgensium fatis dilucide & concinne explanaverit. Meum autem in præsentem est, ut demonstrem, quamvis secundum regulam ordinariam in patria mea nemini liceat testari super bonis hereditariis, tamen aliquibus personis sub certo respectu permittum esse, ejusmodi bona per viam testationis, vel etiam per modum disponendi inter vivos proximis hereditibus ab intestato præripere, & pro lubitu in alios, quibus singulariter favent, transferre.

Ratio hujus distinctionis.

§. II.  
Vera ratio, quare venerandi Majores omnem liberam facultatem testandi super bonis hereditariis contra claram dispositionem juris communis sustulerint, est conservatio familiarum, quæ in primis in magnis & per totum terrarum orbem celebribus Emporiis maxime necessaria est. Hinc lata est lex generalis art. 4. tit. 1. Part. 3. Statut. Hamburg. his expressis verbis: *Aber von Erbgut ist niemand, vermöge dieser Stadt Recht, ohne seiner nechsten Erben Erlaubniß oder Bewilligung, zu testiren bemächtigt, sondern dasselbe seinen rechten Erben ungeschmäleret zu lassen schuldig.* Quæ lex in viridi adhuc observantia est, & omnes, qui Hamburgi testamta condunt, vel alio modo disponunt, omnino obligat. Verum



rum enimvero quum pleraque exteræ provinciæ vel jure communi, quo utuntur, vel singulis ipsarum legibus libera dispositione super omnibus bonis fruuntur, sæpius accidit, ut incolæ earum, quorum proximi heredes ab intestato Hamburgi vivebant, hereditates suas per testamenta vel alias dispositiones his detraherent, & quis non videt, maxime injustum & iniquum fore, si cives Hamburgenses talibus ingratibus heredibus nihilominus suam hereditatem ab intestato relinquere deberent? Quo factò igitur cives quidam Hamburgenses ad id perducti sunt, ut ex jure retorsionis bona sua hereditaria similiter extraneis legare se posse crederent (b), contra ipsum tenorem supra dictæ legis generalis, & post fata defuncti testatoris heredes ab intestato, in exteris locis degentes, bona hereditaria vindicaturos, heredes testamentarii exceptione testamenti, quo testator illos arg. *L. 1. ff. quod quisque jur. in alter. statuerit.* a bonis hereditariis excluderat, repellere studuerunt. Exinde vero immensæ lites ortæ sunt (c), quoniam nemo privatus leges immutare vel sibi ipse legem dicere potest, seu auctoritas magistratus, qui legislatoria potestate gaudet accedere

Occasio  
novæ legis  
Hamburgensis, alienationem bonorum hereditariorum certo respectu permittentis.

(b) id quod pater ex Procemio novæ legis Hamburgensis de 1733 d. 16 Februar., quod expresse loquitur *von dem Mißverstände der in den hiesigen Statuten und Recessen wegen der Erbgüter enthaltenen Gesetze und Verordnungen, in Ansehung derer fremden und hiesiger Stadt-Gerichts-Zwang nicht unterworfenen Personen*, quæ verba dilucide indicant, aliquos tunc temporis de lege generali minus recte sensisse, & ex jure retorsionis de bonis hereditariis testari voluisse.

(c) conf. allegatum Procemium, quod mentionem facit *vieler Weitläufigkeiten, Irrungen und Prozesse, welche hieraus vielmahlen entsprungen.*

accedere debeat necesse est; interea id, quod egerunt Hamburgenses, ob æquitatem plane reprobandum non fuit, inde etiam hæc lites semper dubiæ pecisioni obnoxia fuerunt. Quum autem Perillustres Patres Conscripti iniquitatem adlatam & inæqualia jura inter Hamburgenses eorundemque exteros proximos heredes ab intestato ipsi intelligerent; placuit his, post habitum cum designatis civibus anno 1733 die 16 Febr. conventum, & post habita eorum suffragia, mentem legis prohibitivæ generalis extra omnem dubitationis aleam ponere, eandemque ita illustrare & explicare, ut in futurum unicuique Hamburgensi liceat de bonis etiam hereditariis tam mortis causa, quam inter vivos libere disponere, si ejus heredes proximi ab intestato in iis locis degant, vel in eo nexu sint, ut ipsi de bonis hereditariis libere possint testari (d); & hæc dispositio quum publici

(d) Lex ipsa, omillis Prefatione & Epilogo, in extenso ita audit: Wann, wegen der, in dieser Stadt Statuten und Reccessen enthaltenen Verordnungen, von Erb-Gütern, Testamenten und Ehe-Zärtern, in Ansehung fremder oder auswärtiger Erben, zum eßtern verschiedene Zweifel vorgekommen; als hat E. E. Rath und Erbgeßessene Bürgerschaft in der, den 16 Febr. 1733, gehaltenen Versammlung, solche dahin erläutern und hiemit erklären wollen: daß, in Ansehung hiesiger Stadt Bürger und der in dem so genannten fremden Contract stehenden und dieser Stadt Jurisdiction unterworfenen Einwohner und Unterthanen, es, so wohl der Erb-Güter als Testamenten und Ehe-Zärter halber, bey den hiesigen Statuten, Verordnungen und allen dem, wie es damit von Alters her gehalten worden, ohnverändert bleibe. Wann aber hiesige Bürger und Einwohner solche Erben ab intestato am Leben haben, die in der Fremde wohnen, oder hiesiger Stadt Botmäßigkeit und Jurisdiction nicht anerkennen, und von ihren Erb-Gütern testiren können; daß sodann denen hiesigen ebenfalls

publici juris facta & rite promulgata sit, vim obligatoriam & efficaciam legis contra exteros quosque & in genere contra omnes Hamburgensi jurisdictioni non subjectos facta est.

## §. III.

Ex dictis jam facile patet, quas rationes Perillustris <sup>Rationes</sup> Senatus in ejusmodi lege nova ferenda ob oculos sibi po- <sup>hujus legis</sup> fuerit. Non semper quidem privatorum est, rationem <sup>nova.</sup> legis latae cognoscere, quum legislatores sæpius sibi ipsi eam retineant; attamen hujus legis novæ Hamburgensis rationes satis cognitæ atque perspectæ sunt.

## §. IV.

Prima ratio sine dubio est, ut cives & ceteri incolæ, <sup>Prima;</sup> Hamburgensi jurisdictioni subjecti, haud deterioris sint conditionis, quam incolæ exterarum provinciarum & Hamburgensi jurisdictioni non subjecti, si dispositionem de bonis hereditariis respiciamus. Maxime enim æquitati consentaneum est, quod æqualia jura inter indigenas & peregrinos exerceantur, & quod illi his non postponantur, sed potius preferantur. Tantum autem abest, ut hæc æquitas sit cerebrina, ut potius in jure ipso fundata sit. In jure

*frey stehen soll, so wohl von Erb- als wohlgewonnenen Gütern, nach Maßgebung der allgemeinen Kayserlichen Rechte, per testamentum, oder inter vivos, auch vermittelst der hier gebräuchlichen Ehe-Zärter, ohne jemandes Behinderung, zu disponiren, und dieselbe denenjenigen, welchen sie solche gönnen, zu legiren und zu vermachen. Jedoch, daß, wann, bey des Testatoris Leben, dessen nächster Erbe aus der Fremde sich allhier beständig zu wohnen begeben und der Stadt pflichtig machen würde, demselben sodann eben die Rechte und Wohlthaten, nach den hiesigen Statuten, wie andern Bürgern angedeyen sollen.*

gerunt Ham-  
m non fuit,  
obnoxia fue-  
onscripti ini-  
amburgenses  
intestato Ipsi  
esignatis civi-  
habita eorum  
extra omnem  
strare & expli-  
ceat de bonis  
inter vivos  
b intestato in  
de bonis he-  
positio quum  
publici

extenso ita audit:  
d Reccessen enthal-  
nenten und Ehe-  
ger Erben, zum  
ls hat E. E. Rath  
ebr. 1733, gehalten  
hiemit erklären  
r und der in dem  
dieser Stadt Juris-  
banen, es, so wohl  
halber, bey den  
m, wie es damit  
bleibe. Wann  
n ab intestato am  
der hiesiger Stadt  
en, und von ihren  
d hiesigen ebenfalls

jure Romano jam sancitum est, quod quisque juris in alterum statuerit, ut ipse eodem utatur. (e) Quamvis autem Edicto hoc apud Romanos tantum puniatur dolus jus dicentis & impetrantis (f); tamen Juri plerumque sub hoc titulo etiam, licet inconcinne satis, de jure retorsionis agunt, & per analogiam juris illud ex eo deducunt. Vi hujus juris retorsionis diversa provinciarum jura adversus illarum provinciarum incolas & cives per magistratum jure meritoque retorquentur (g); sed, uti nonnulli sentiunt, nonnisi in odium peregrinorum. Quum igitur exteris cum civibus eodem jure uti liceat, nullam patiuntur injuriam. (h) Hæc ideo etiam est causa, quæ Legislatores Prudentissimos procul dubio commovit, ut civium Hamburgensium utilitati recte & laudabiliter hoc modo consuluerint.

## §. V.

Secunda.

Altera ratio, quæ Perillustrem Senatam ad ejusmodi legem novam salutarem eo magis incitavit, elucet ex ipso proemio & ex initio legis ipsius. Priori loco expressis verbis indigitatur, quod hæc lex nova, quæ nonnisi illustratio & explicatio Statutorum & Recessuum, de bonis hereditariis disponentium, consideranda est, eam ob causam lata sit, quo multæ contentiones, errores & lites, inde ortæ, quod cives & indigenæ Statuta minus recte intelligendo pro suo lubitu interpretari voluerint, in futurum evitentur. Posteriori loco, nempe in verbis initialibus legis

(e) vid. tot. tit. 2. lib. 2. ff. quod quisque juris in alterum statuerit.

(f) vid. LUDOVICI Doctrina ff. h. t. (g) vid. LUDOVICI loc. cit.

(h) vid. VOËTIUS h. t. & STRYCK. Dissert. de jure retorsionis c. 2. n. 18 seqq.

gis ipsius Patres Patriæ Indulgentissimi julte conqueruntur, ob dispositiones Statutorum & Recessuum de bonis hereditariis, testamentis & pactis dolalibus respectu exterorum heredum sapius dubia obmota esse; sicuti autem talia dubia æque fomes contentionum facillime oriundarum sunt, quæ nequitia advocatorum sapius magis magisque foventur; ita etiam facili negotio perspiciendum erit, quod Legislatores Prudentissimi per promulgationem novæ legis omnibus litibus & contentionibus, quantum fieri potuit, obviam ponere studuerint.

§. VI.

Hæ adlatæ rationes ad legem novam ferendam satis graves jam essent, quum ex litibus in ambages deductis <sup>Tertia.</sup> summa mala sapius sequantur, quamobrem etiam Serenissimus Borussiae Rex & Princeps aliquot abhinc annos litium abbreviandarum gratia multa præclare disposuit; quum autem omnia ea ad utilitatem privatorum solam spectent, dispiciendum erit, annon Perillustris Senatus Hamburgensis in lege nova ferenda maxime salutis publicæ etiam consulere voluerit? Neminem fugit, Rempublicam sine nervo rerum gerendarum, qui consistit in opibus & divitiis, recte & feliciter gubernari non posse, & quo plura cives ad hunc finem obtinendum conferre possunt, eo major ejus est felicitas. Si autem contemplemur, quod incolæ exterarum provinciarum olim proximis suis hereditatibus ab intestato, Hamburgi viventibus, hereditates impune detrahere potuerint, è contrario autem cives caterique incolæ Hamburgenses absolute fuerint coacti ad bona hereditaria illis relinquenda; nemo non facile videbit, quod divitiarum sapius è patria mea exportatæ sint, raro autem ab  
B  
exteris

ue juris in al-  
Quamvis au-  
atur dolus jus  
mque sub hoc  
re retortionis  
educunt. Vi  
jura adversus  
magistratum  
nonnulli sen-  
uum igitur ex-  
illam patiuntur  
quæ Legislato-  
vit, ut civium  
ter hoc modo

am ad ejusmodi  
elucet ex ipso  
loco expressis  
quæ nonnisi illu-  
uum, de bonis  
t, eam ob caus-  
res & lites, inde  
us recte intelli-  
int, in futurum  
bis initialibus le-  
gis

alterum statuerit.  
LVDOVICI loc. cit.  
jure retortionis c. 2.



exteris provinciis illi rursus aliquid affluerit. Quid inde eveniret, si Patres Patriæ Indulgentissimi huic incommodo tempestive non occurrissent? ut taceam, quod postea plane libera dispositio super bonis hereditariis multarum aliarum provinciarum incolis v. c. Borussia, Brandenburgiæ & Pomeraniæ, Potentissimi Borussia regis scepro subjectæ, vi novi Codicis Fridericiani, concessa & verendum sit, ne eo plura bona hereditaria civibus Hamburgensibus præripiantur. Nonne igitur cives Hamburgensis, si jura retorquere iis haud liceret, tractu temporis pauperes facti, commercia, quæ vita & anima patriæ meæ sunt, destructa & aliunde avocata fuissent, & nonne respublica inde detrimentum maximum captura esset? Summas igitur laudes merentur Patres Conscripti Sapientissimi, quod talem exportationem divitiarum solita Eorum prudentia impediverint, & quid magis ad legem novam ferendam illos commovere potuit, quum toto die & quavis data occasione, præsertim his belli turbis, dilucide satis ostendant, quod suprema Eorum lex sit salus publica, & quod hæc illis præ aliis omnibus maxime curæ sit cordique.

§. VII.

Lex nova  
est Jus  
singulare,

Perspectis igitur legis novæ veris & genuinis rationibus, eo facilius mihi jam erit, legem ipsam investigandi, eandemque recte explicandi, quum nemo legis alicujus vim & potestatem definire queat, nisi rationem ejus, quæ anima legum recte dicitur, distincte cognoscat (i); scire enim leges non est verba earum tenere, sed vim ac potestatem. (k) Priusquam autem argumentum ipsum legis novæ

(i) conf. Illustr. DARIÏI Instit. Jurisprud. univ. Part. general. §. 102. in Scholio. (k) conf. L. 17. ff. de LL.

væ tradam, ostendam necesse est, in qualem legum classem illa referenda sit, ex quo porro fluet, quousque eam extendere possimus. Communis DD. sententia est, legem aliquid vel imperare, vel vetare, vel permittere, vel punire, his continent omnem legum virtutem (1), & inde divisio earum in præceptivas, prohibitivas, permissivas & punitivas orta est. Rectius autem, mea sententia, solummodo dissecuntur in prohibitivas & præceptivas, quia leges homines obligant vel ad omittenda, vel ad committenda. Punitivæ proprio sensu non sunt leges peculiare, sed pœnæ, quas minantur, potius confectaria legum prohibitarum sunt, & si quis illas nihilominus pro aliqua legum specie venditare vellet, inter prohibitivas, quæ plerumque pœnas secum ferunt, referendæ jam essent. Permissivæ vero non nisi exceptio a lege generali sunt, quæ si omnes casus similes concernit, & ad certum ordinem spectat, beneficium legis speciale sive Jus singulare audit; sin vero ad personam singularem spectet, Privilegii nomine insignitur. Lex igitur nova, quæ quibusdam civibus & incolis Hamburgensibus sub certo respectu & in casibus similibus alienationem bonorum hereditariorum, alias prohibitam, permittit, vero sensu est Jus singulare, & inde sequentur permulta confectaria notatu digna.

§. VIII.

Sequitur enim ex ipsa idea juris singularis pronovam hanc legem priorem legem generalem non penitus tollere, sed in tantum ei solummodo derogare. Elucet quidem ex L. ult. ff. de Constit. Princip., quod Constitutio- nes tempore posteriores sint his, quæ ipsas præ-

priorem legem generalem non tollit, sed ei certo respectu tantum derogat,

B 2

(1) conf. L. 7. ff. de LL.

it. Quid inde  
quic incommo-  
o, quod postea  
riis multarum  
Brandenbur-  
m regis sceptro  
cessa & veren-  
vibus Hambur-  
es Hamburgena-  
tractu temporis  
ma patriæ meæ  
& nonne respu-  
a esset? Sum-  
oti Sapientissimi,  
ta Eorum pru-  
gem novam fe-  
oto die & quavis  
s, dilucide satis  
salus publica, &  
ura sit cordique.

genuinis rationi-  
am investigandi,  
no legis alicujus  
ionem ejus, quæ  
gnoscat (i); scire  
sed vim ac pote-  
m ipsum legis no-  
væ  
divers. Part. general.  
e LL.

cesserunt; constat vero etiam ex principiis juris, hoc diverso modo intelligendum esse. Si enim posterior lex priorem per omnia mutet, eam abrogare; sin ex parte, ei derogare; si aliquid priori legi adjiciatur, subrogare; sin aliquid ex priore lege mutetur, obrogare dicitur teste ULPIANO tit. i. Fragment. Quum autem nova lex Hamburgensis, de qua hoc loco agimus, priorem legem generalem non per omnia, sed ex parte mutet, quoniam sola exceptio a lege generali est, quæ in quibusdam tantum casibus locum habet, negari non potest, illam priori legi generali solummodo derogare, & quamvis certo respectu & in casibus in ea recensitis priorem legem ex parte tollat, hanc tamen in omnibus aliis præter exceptos casus suam efficaciam & suas vires retinere, & per eam magis adhuc confirmatam esse; exceptio enim a regula firmat eam. Argumentum ipsius legis novæ asserit id ipsum satis perspicue, si initio ejus diserte dicitur: "*daß, in Ansehung hiesiger Stadt Bürger und der in dem so genannten fremden Contract stehenden und dieser Stadt Jurisdiction unterworfenen Einwohner und Unterthanen, es, so wohl der Erb Güter, als Testamenten und Ehe-Zarter halber, bey den hiesigen Statuten, Verordnungen und allen dem, wie es damit von Alters her gehalten worden, ohnverändert bleibe.*" id quod luculenter ostendit, legem generalem prohibitivam non abrogatam, sed potius confirmatam esse, & legem novam illi certo respectu tantummodo derogare.

## §. IX.

inde non  
omnibus  
Hambur-

Si igitur lex nova priori legi generali tantummodo derogat, & per §. VII. jus singulare est, quod quibusdam tantum civibus & incolis Hamburgensibus alienationem bonorum



juris, hoc di-  
 posterior l. x  
 fin ex parte, ei  
 subrogare; fin  
 citur teste UL-  
 nova lex Ham-  
 m legem gene-  
 quoniam sola  
 usdam tantum  
 lam priori legi  
 certo respectu  
 ex parte tollat,  
 tos casus suam  
 n magis adhuc  
 rmat eam. Ar-  
 n satis perspicue,  
 ung hiesiger Stadt  
 contract stehenden  
 inwohner und Un-  
 amenten und Ehe-  
 ndnungen und al-  
 worden, ohnver-  
 , legem genera-  
 ius confirmatam  
 tantummodo de-

tantummodo de-  
 quod quibusdam  
 alienationem bo-  
 norum

norum hereditariorum sub certo respectu permittit; con-  
 sequitur inde etiam, non omnes cives ceterosque incolas  
 Hamburgenses hac nova lege uti posse; ii enim, quorum  
 proximi heredes ab intestato etiam cives Hamburgenses,  
 vel in pæne simili cum iis nexu, & jurisdictioni Hambur-  
 gensi subiecti sunt, absolute lege priori generali prohibitiva  
 tenentur heredibus ab intestato bona hereditaria relinquere,  
 & omni testatione super ejusmodi bonis carere. Hoc non  
 docet solum clarus in §. VIII. allegatus legis novæ textus,  
 sed etiam idea juris singularis, quæ certo ordini sive certis  
 personis in casibus mox deducendis tantummodo immuni-  
 tatem a lege generali impertitur.

§. X.

Quo igitur eo melius perspiciamus, in quibus casibus  
 lex nova locum non inveniatur, personas istas, quibus ea  
 uti non licet, in specie recensendas esse puto, quum ipsa lex  
 generali nomine aliquarum tantummodo mentionem fecit.

§. XI.

Primo omnium lex nova loquitur de respectu civium  
 erga cives & ceteros jurisdictioni Hamburgensi subiectos,  
 ostendens, intuitu eorum Statuta Hamburgensia, quæ o-  
 mnem alienationem bonorum hereditariorum prohibent, non  
 mutata esse, & ita manere, uti antiquitus disposita fuerunt.  
 Si enim civis Hamburgensis ejusmodi proximos heredes ab  
 intestato relinquit, qui itidem cives Hamburgenses sunt,  
 vel tantummodo jurisdictioni Hamburgensi subjacent, ces-  
 sat ratio legis novæ, quæ (conf. §. IV. sqq.) ea est, ut cives  
 sint ejusdem cum exteris conditionis, ut lites evitentur,  
 & ut res publica nihil detrimenti capiat; quum autem cives

B 3

gensibus  
 licet nova  
 lege uti.

Quibus ca  
 uti non  
 licet?

1) non licet  
 civibus er-  
 ga cives &  
 ceteros ju-  
 risdictioni  
 Hambur-  
 gensi sub-  
 jectos.

cæteri-



cæterique incolæ jurisdictioni Hamburgensi subiecti inter  
 se quoad jura æquales, & inde nullæ lites metuendæ sint,  
 quod civis alii civi vel eodem jure fruente bona sua heredi-  
 taria ab intestato relinquere teneatur, salus etiam publica  
 eo, quod ejusmodi hereditates in civitate maneant, nullo  
 modo infirmetur; sponte consequitur, novam legem civi-  
 bus erga cives & cæteros incolas, jurisdictioni Hambur-  
 gensi obnoxios, prodesse non posse: ubi enim cessat legis  
 ratio, ibi etiam juris dispositio, per vulg. Sub civibus  
 autem intelliguntur hic expresse ii, qui civitatem legitime  
 adepti sunt & Hamburgi domicilium & sedem fixam habent.  
 an ii, qui Aequiparantur iis etiam, qui Hamburgi quidem sedem fixam  
 annue me- habent, sed tantis opibus præditi non sunt, ut civitatem  
 diocrem acquirere sibi possint, quem in finem annue mediocrem pe-  
 pecuniam, cuniam, quam vocant *Schutz-Thaler*, solvunt, inde tamen  
 quam vul- eodem modo, quo cives, habentur. Hi eodem cum civi-  
 go vocant: bus jure fruuntur, & si quid iis esset, de quo testari vel-  
*Schutz-* lent, idem hic de illis dicendum erit, quod supra de civi-  
*Thaler,* bus erga cives cæterosque incolas, Hamburgensi jurisdic-  
 solvunt, tionis obnoxios, proposuimus.  
 pro civibus habentur?

## §. XII.

2) nec licet Praeter cives autem Hamburgi multi, inprimis com-  
 iis, qui sub mercio dediti, reperiuntur, qui præsertim eum in finem,  
 certis legi- ut a muneribus publicis immunes sint, contractum quen-  
 bus contra- dam, certis articulis inclusum, ad determinatos usque an-  
 ctum inie- nos pro constituta quadam pecunia ineunt, & finito con-  
 runt, qui tractu eum plerumque ad novum tempus redintegrant. (m)  
 vulgo au- Hi  
 diunt: die

in frem- (m) vid. *Revidirte Articuli, darauf von E. Hochedl. Hochw. Rath*  
 den Con- *der Stadt Hamburg die Einwohner duseibsten angenommen wer-*  
 tract sc- den de anno 1717 & 1731.

Hi vulgo audiunt *die in dem fremden Contract stehende*, hen, tam fruuntur autem, exceptis paucis prerogativis, civibus reservatis, eodem cum ipsis jure, iisdem beneficiis & plane omni defensione & tutamine, & in cæteris civibus æquiparantur. Quum igitur isti iisdem legibus, quibus cives ipsi, obligentur, etiam respectu facultatis testandi Statutis Hamburgensibus obnoxii sunt, quæ disponunt, neminem Hamburgi super bonis hereditariis testari posse. Si proinde hi proximos heredes ab intestato relinquunt, qui per ejusmodi contractum cum civitate connexi, vel etiam cives ipsi sunt, vel tantummodo jurisdictioni Hamburgensi subjacent, ob cessantes rationes legis novæ, jam §. priori memoratas, ejus dispositione uti nequeunt, sed potius obligantur ad bona sua hereditaria proximis heredibus, qui cives vel in pæne simili nexu sunt, ab intestato relinquenda.

§. XIII.

Supereft adhuc, ut ostendam, quales sint ii, qui sub cæteris incolis & subditis Hamburgensi jurisdictioni subjectis intelliguntur, quibus æque, ac jam recensitis personis, erga se invicem, erga cives & erga eos, qui dictum contractum inierunt, nova lege uti non licet. Merito huc referendi sunt omnes omnium ordinum, sive sint personæ ecclesiasticæ, sive civiles, sive militares, qui vel in civitate ipsa, vel in terris Hamburgensibus degunt, & jurisdictionem Civitatis Hamburgensis agnoscunt. Interea autem non pauci adsunt, qui in hac classe non possunt collocari v. c. omnes nobiles, omnes Serenissimorum Principum characteribus præditi, Canonici majores & minores, Vicarii immunes, florentissimæ Anglicanæ Societatis commerciorum gratia Hamburgi residentia membra, & alii, qui quidem

3) nec cæteris incolis, jurisdictioni Hamburgensi subjectis, erga se invicem, vel erga cives, vel eorum æquales.

Incolæ Hamburgenses, qui excipiuntur.

subjecti inter  
netuendæ sint,  
ona sua heredi-  
etiam publica  
maneant, nullo  
am legem civi-  
tationi Hambur-  
im cessat legis  
Sub civibus  
tatem legitime  
n fixam habent.  
em sedem fixam  
t, ut civitatem  
mediocrem pe-  
nt, inde tamen  
odem cum civi-  
quo testari vel-  
d supra de civi-  
urgensi jurisdic-

, in primis com-  
n eum in finem,  
ntractum quen-  
inatos usque an-  
t, & finito con-  
redintegrant. (m)

Hi

ochedl. Hockw. Rath  
n angenommen wer-



quidem incolæ Hamburgenses sunt, sed pro suo ordine & conditione vel propriam jurisdictionem exercent, vel exterorum Statuum jurisdictione fruuntur, indeque pro peregrinis habentur. Sicuti autem his liberum manet, jure communi testamenta condere; ita etiam neque lex generalis prohibitiva Statutorum Hereditariorum certo respectu permittens, ad eos pertinet, quum nemini, nisi qui obligari potest, leges dici possint. Loquitur igitur lex nova Hamburgensis tantummodo de iis incolis, qui jurisdictioni Hamburgensium obnoxii sunt; quum autem hi, quamvis omnes non sint cives, tamen legibus Hamburgensibus obstricti sint, adeoque summa inter eos & cives sit æqualitas, ergo etiam, si decedant & tales heredes ab intestato relinquunt, qui eidem jurisdictioni Hamburgensi subjacent, super bonis hereditariis testari nequeunt, & lex nova, cujus rationes etiam in his cessant, iis subvenire nullo modo potest.

## §. XIV.

Ne silentio quoque præteream Judæos, quorum non pauci Hamburgi tolerantur, inquiram, quid de iis, quum etiam incolæ Hamburgenses & jurisdictioni huic subiecti sint, sentiendum sit. Dividuntur plerumque in duas nationes, scilicet in Portugalicam, vulgo *Portugiesische*, & Germanicam, vulgo *Hochteutsche*. Prioribus ob splendorem commerciorum Hispanicorum, ad quem multum contulerunt, eximie prærogativæ concessæ sunt, quarum aliqua posterioribus ad exemplum illorum etiam donatæ fuerunt. Inter has præ aliis notatu dignum est, quod, et si in pluribus casibus juri communi & Statutis Hamburgensibus

sibus obtemperare debent, iis tamen in rebus matrimonia-  
libus, hereditariis, & quæ testationem spectant, secundum  
legem Mosaicam agere permiffum fit, interdicitis tantum-  
modo tribus casibus. (n) Quum igitur omnes Judæi  
Hamburgi suis ipsorum legibus testari possint, nulla amplius  
disquisitione opus erit, an lege nova iis uti liceat, & si  
quis Judæus nihilominus sponte a lege Mosaica abstinere  
& secundum leges Christianas testari velit; idem hic vale-  
ret, quod de civibus & cæteris incolis jurisdictioni Ham-  
burgensi subjectis satis copiose jam supra diximus.

§. XV.

Si autem é contrario determinare velimus, quibus  
personis Hamburgi nova lege bona hereditaria alienandi uti  
liceat; ipsa lex in genere earum mentionem facit his ex-  
pressis verbis: "wann aber hiesige Bürger und Einwohner sol-  
che Erben ab intestato am Leben haben, die in der Fremde woh-  
nen, oder hiesiger Stadt Bormässigkeit und Jurisdiction nicht  
anerkennen, und von ihren Erbgüthern restiren können;" Qua-  
les sint cives & incolæ Hamburgenses, strictè sic dicti, jam  
supra §. XI. sqq. satis perspicue ostendimus. Ad hos solos  
proprie spectat lex nova, si in suppositis casibus reperian-  
tur. Cæteros enim incolas, §. XIII. expresse exceptos,  
itidem super bonis hereditariis testari posse extra omnem  
dubitationis aleam positum est; sed hi ita non testantur  
nova lege, sed jure communi, quo plerumque fruuntur.

C

Nostrum

(n) vid. respectu der Portugiesischen Juden art. 23. & respectu der  
Hochteutschen art. 22. des von Ihro Römisch Kaiserl. Majestät  
allergnädigst confirmirten, und von Dero hohen Commission pu-  
blicirten neuen Reglements der Judenthafft in Hamburg, so Por-  
tugiesisch- als Hochteutscher Nation de dato 7 Septemb. aa. 1710.

o suo ordine &  
rcent, vel ex-  
ndeque pro pe-  
um manet, jure  
neque lex gene-  
um, neque lex  
am certo respe-  
emini, nisi qui  
aitur igitur lex  
colis, qui juris-  
uum autem hi,  
us Hamburgien-  
cos & cives sit  
es heredes ab in-  
ni Hamburgensi  
ri nequeunt, &  
nt, iis subvenire

os, quorum non  
uid de iis, quum  
ioni huic subjecti  
mque in duas na-  
Portugiesische, &  
ribus ob splendo-  
d quem multum  
sæ sunt, quarum  
um etiam donatæ  
um est, quod, etsi  
tatis Hamburgien-  
sibus

Nostrum igitur est solummodo inquirere, quando cives  
 Hamburgenses & cæteri incolæ, jurisdictioni Hamburgensi  
 subjecti, bona hereditaria alienare possint, & hæc materia  
 digna est, quam magis perferutemur.

§. XVI.

Quando?

Lex nova tribuit civibus & incolis Hamburgensibus  
 facultatem testandi super bonis hereditariis contra duplices  
 heredes, utroque casu statuit, proximos heredes  
 ab intestato de bonis hereditariis itidem disponere posse.

1) si proximi heredes ab intestato relinquunt, qui in exteris  
 provinciis, sive *in der Fremde*, habitant & de bonis hereditariis testari possunt. Quales ii sint, qui in exteris provinciis habitant, & de bonis hereditariis testari possunt. Quales ii sint, qui in exteris provinciis habitant, facile quisque perspiciet, quum omnes omnium locorum, extra jurisdictionem Hamburgensem sitorum, incolæ sub iis intelligantur, sive Imperatoribus, sive Regibus, sive aliis Principibus, sive Rebuspublicis, sive liberis Sacri Romani Imperii Civitatibus subjecti sint. Diversa autem horum sunt jura. Alii utuntur jure Romano, quod nullam inter bona hereditaria & adquisita distinctionem novit, sed liberam de omnibus bonis disponendi facultatem tribuit; alii jure Saxonico, quod facultatem eam restringit & dispositionem super Gerada, bonis utensilibus & avitis interdicit; alii, uti Luneburgenses, jure suo Statutario fruuntur, quod omnes res immobiles tantummodo pro bonis hereditariis reputari vult, earundemque alienationem prohibet; alii, uti Galli, singulare jus, quod vocant *Droit d'Aubaine* sive *Jus Albinagii*, constituerunt, vi cujus omnia bona, quæ exteri, in Gallia decedentes, relinquunt, inde transferri non possunt, sed fisco cedunt;

re, quando cives  
Hamburgensium  
& hæc materia

Hamburgensibus  
iis contra duplices  
proximos heredes  
disponere posse.  
Hamburgenses tales  
sunt, qui in exteris  
& de bonis here-  
diti in exteris pro-  
priet, quum omnes  
in Hamburgensem  
sive Imperatoribus,  
sive Rebus publicis,  
sive Rebus subjectis  
sunt. Utuntur jure Ro-  
mulo & aduista  
bonis dispono-  
nico, quod facul-  
tate Gerada, bonis  
Luneburgenses,  
omnes res immobiles  
mutari vult, earun-  
uti Galli, singulare  
Jus Albinagii, con-  
exteri, in Gallia de-  
non possunt, sed fisco  
cedunt;

cedunt; (o) & quis omnes omnium exterorum locorum  
leges recensere potest, quas merito sibi quisque cognitas  
reddere debet, si erga hos vel illos exteros proximos he-  
redes ab intestato disponere velit? Probe autem notandum  
est, quod nemo civis sive incola Hamburgensis facultatem  
testandi vel disponendi secundum novam legem ulterius  
extendere possit, quam leges loci, ubi proximi heredes  
ab intestato habitant, iis hoc permittant, & si pacta inter  
Hamburgenses & exteras provincias obtinent, quæ diver-  
sitate juris rursus tollunt, quale ratione juris Albinagii  
inter Gallos & quasdam Imperii Civitates esse dicitur; fa-  
cultas eodem modo testandi vel disponendi prorsus inter-  
dicta est. Quousque igitur leges & Statuta peregrina  
facultatem testandi vel disponendi permittunt; eousque  
etiam Hamburgensibus licitum est novam legem extendere;  
& quamvis lex nova de omnibus bonis hereditariis & ad-  
quisitis indistincte loquatur, hoc tamen cum grano salis  
intelligendum est; in genere enim hoc valet, si exteri su-  
per omnibus bonis jure communi indistincte testari vel  
disponere possunt, quod tamen non procedit, si aliorum  
locorum leges certo respectu restrictionem quandam, uti  
supra notavimus, admittunt. Hoc fundatum est in jure  
retorsionis, quod vult, indigenas eodem cum exteris loco  
haberi, unde caute agendum est, quia ne minima quidem  
extensio legis novæ locum habet, quum omnes leges &  
præsertim jura singularia & privilegia strictè interpretanda  
sint, & ubi ratio legis cessat, ibi etiam dispositio ejus de-  
beat cessare.

C. 2

§. XVII

(o) conf. Schilter, Exercit. 6. §. 28, not. A.

Quousque  
hoc se ex-  
tendit?

Quid circa  
ca exteros  
proximos  
heredes,  
continuo  
fere tem-  
pore itine-  
ribus occu-  
patos, ob-  
servan-  
dum?

Quid circa  
eos, qui ad  
tempus ab-  
sentes sunt?

Quid circa  
heredes  
proximos  
vagabun-  
dos?

Quo autem testaturus sciat, quas leges potissimum curare debeat, si heredes proximi mox hic, mox illic negotiorum gerendorum causa commorantur, in lege nova expresse nominantur ii, qui in exteris locis habitant, sive *wohnen*. Hic locus autem sapius difficilis est perspectu, quum praesertim, qui nundinas frequentant, raro domi, & continuo fere tempore itineribus occupati sint. Inde ille locus, ubi domicilium perpetuum & sedem fixam habent, summa cura & sollicitudine inquirendus, ejusque jurium sive Statutorum in retorquendo maxime ratio habenda erit. Ab his autem plane diversi sunt, qui vel studiorum, vel commerciorum gratia ad tempus absentes sunt; qui quum bona sua Hamburgi plerumque relinquunt, si civium eorumque similibus liberi sunt, cum civibus pari passu ambulant; si autem caeterorum incolarum, Hamburgensi jurisdictioni non subjectorum, liberi sint, ex juribus parentum suorum dijudicantur, nisi per mortem parentis, elapsis uno anno, vel biennio, quos annos gratiae vocant, jurisdictioni Hamburgensi obnoxii facti sint, quod praecipue in liberis Canonicorum Hamburgensium locum invenit, & quo respectu civibus aequiparantur. Si vero proximus heres ab intestato, quod facile accidere potest, per totum fere terrarum orbem vagetur, & nullibi sedem fixam constituerit, res sane maxime intricata est, interea talem heredem vagabundum a bonis hereditariis nova lege aequae excludi posse arbitror, modo tempore testamenti conditi & sequuta mortis testatoris ibi commoratus sit, ubi facultas libere disponendi super bonis hereditariis non fuit interdicta, & modo, si dispositiones



tionem mortis causa respicias, vivo testatore Hamburgum nondum pervenerit. Sin autem de eo nullo modo constet, ille tamen vivere praesumatur; Hamburgenses contra eum de bonis hereditariis nihilominus disponere possunt, sed heredes scripti post mortem testatoris hereditatem aliter sibi vindicare nequeunt, quam si cautionem de hereditate reddenda praestent, quae durat, donec vel heres ab intestato sese profiteatur & probet, in loco domicilii sui neminem de bonis hereditariis disponere posse, vel etiam aliunde legitime constet, illum tempore testamenti conditi & mortis testatoris ibi fuisse & postea mortuum esse, ubi plane libera dispositio de bonis hereditariis locum invenit. Priori casu hereditatem cum omnibus fructibus perceptis & percipiendis reddere debent; posteriori autem eam retinent cautione rursus sublata. Si vero heredes testamentarii ejusmodi cautionem praestare non valeant, hereditatem provisorie sequestrari & clausulam illi adjici pati debent, usque dum heres ab intestato incognitus mortuus praesumatur & per Edictales rite citatus ac praclusus sit.

§. XVIII.

Alter casus, quando civibus & aliis incolis Hamburgensibus nova lege uti liceat, in eo consistit, si ejusmodi proximos heredes ab intestato relinquunt, qui jurisdictionem Hamburgensem non agnoscunt & de bonis hereditariis libere possunt testari. Hoc genus heredum priores sub se etiam comprehendit, omnes enim, qui in exteris provinciis habitant, jurisdictioni Hamburgensi subiectos non esse per se jam patet. Sed unusquisque facile perspiciet, sub altero heredum genere non priores solum, verum etiam alios

b) si proximi heredes ad sunt, qui quidem Hamburgi habitant, attamen jurisdictionem Hamburgensem non agnos-

s potissimum cu-  
r, mox illic nego-  
r, in lege nova  
is habitant, sive  
illis est perspectu,  
tant, raro domi,  
upati sint. Inde  
sedem fixam ha-  
rendus, ejusque  
maxime ratio ha-  
sunt, qui vel stu-  
tempus absentes  
plerumque relin-  
eri sunt, cum cir-  
eterorum incola-  
bjeetorum, liberi  
dicantur, nisi per  
biennio, quos an-  
burgensi obnoxii  
nicorum Hambur-  
a civibus aequipa-  
estato, quod facile  
m orbem vagetur,  
sane maxime in-  
abundum a bonis  
e arbitror, modo  
mortis testatoris  
disponendi super  
modo, si disposi-  
tiones



scunt, & de alios intelligi, contra quos nova lege uti liceat, id quod bonis hereditariis libere testari possunt. recte colligimus ex particula: *oder*, qua lex nova hos a prioribus disiunctos esse manifesto docet.

## §. XIX.

Quales hi sunt?

Diximus jam supra §. XIII., varios Hamburgi incolas esse, qui jurisdictioni Hamburgensi non subiecti sunt, unde a cæteris incolis & civibus Hamburgensibus illos distinximus & nominatim plerosque allegavimus. Omnes autem recensiti & si qui alii sunt, vel jure communi utuntur, vel suorum Principum, a quibus dependent, legibus obstricti sunt. Quum igitur plerumque libera facultate super bonis hereditariis testandi gaudeant; contra hos etiam nova lex civibus & cæteris incolis, Hamburgensi jurisdictioni subiectis,

Quousque hoc se extendit?

permittit eandem facultatem. Si quis eorum ergo proximus heres ab intestato civium vel aliorum Hamburgensi jurisdictioni subiectorum sit, hi excludere a bonis hereditariis annuente jure illum possunt in tantum, quantum leges, quibus ille fruitur, ipsi hoc permittant. Lex nova indicat quidem, heredes proximos utroque casu, ad modum jurium communium, sive *nach Maasgebung der allgemeinen Kayserlichen Rechte*, quippe quæ indistincte super omnibus bonis facultatem testandi vel disponendi admittunt, excludi posse; verum enimvero, sicuti hoc tunc valet, si heredes proximi jure communi fruuntur; ita etiam id aliquando exceptionem patitur, quum jus retorsionis, in quo tota hæc nova lex fundata est, ulteriorem testationem vel dispositionem super bonis hereditariis non admittat, quam illi, qui excluduntur, suo jure Hamburgenses excludere possint. Conqueri ergo illi nequeunt, quod iis injuria fiat, etsi domicilium & sedem fixam Hamburgi habent; diverso enim cum civibus

liceat, id quod  
nova hos a prio-

Hamburgi incolas  
subjecti sunt, unde  
illos distinximus  
omnes autem re-  
nani utuntur, vel  
legibus obstric-  
tate super bonis  
etiam nova lex  
iudicium subiectis,  
ergo proximus  
Hamburgensi juris-  
bonis hereditariis  
tantum leges, qui-  
nova indicat qui-  
modum iurium  
Allgemeinen Kayser-  
er omnibus bonis  
nt, excludi posse;  
i heredes proximi  
quando exceptio-  
no tota hæc nova  
vel dispositionem  
im illi, qui exclu-  
re possint. Con-  
fiat, etsi domici-  
diverso enim cum  
civibus

civibus eorumque similibus fruuntur jure, ergo pro peregrinis habendi sunt, contra quos jura auctoritate magistratus retorquere tam sana juris doctrina, quam naturalis æquitas postulat.

### §. XX.

Interea probe notandum est, legem novam nemini absolute jubere, ut ejusmodi heredes proximos, quales consideravimus, a bonis hereditariis excludere debeat, sed tantum permittit, ut aliquis eos, si velit, excludere possit. Apparet illud ex verbis legis: "daß so dann denen hiesigen ebenfalls frey stehen soll," & idea juris singularis, quod per §. VII. nonnisi beneficium legis speciale dici potest, quale nemini invito obtruditur, magis hoc probat. Est igitur in cujusvis potestate situm, utrum hac lege uti velit, necne? & si unus vel alter hac libertate bona hereditaria alienandi gaudere nolit, salus publica inde insigne detrimentum non capiet, quod hæc vel illa hereditas in exteras provincias vel in Hamburgensi jurisdictioni non subjectos transferatur, præsumendum autem est, maximam partem civium & incolarum Hamburgensi jurisdictioni subjectorum hac nova lege, quæ in favorem eorum introducta est, lubentissime usuram esse; sufficit tamen, ut de hereditatibus transferendis decima pars ærario publico accrescat.

### §. XXI.

Ex dictis abunde patet, quod, quum in cujusvis potestate situm sit, an lege nova uti velit, necne? ille, qui velit, voluntatem suam hac de re declarare debeat. Hoc multiplici modo & per varias in jure concessas dispositiones fieri potest, quarum præcipuæ nunc a nobis disquirendæ sunt.

### §. XXII.

utuntur ea  
non præce-  
ptive, sed  
permissive;

inde decla-  
ratione vo-  
luntatis  
opus est;

§. XXII.

quæ sit  
I) per testa-  
menta,

Lex nova quidem modum quendam hac in re præscribit, sed termini, quibus usa est, ita generales sunt, ut e re sit, non solum modum præscriptum antea explicare, sed eundem etiam specificè magis determinare. Primo omnium lex nova mentionem facit dispositionis per testamentum. Omnia igitur testamenta, sive sint scripta, sive nuncupativa, interviunt exclusioni heredum proximorum supra dictorum a bonis hereditariis virtute novæ legis. Hæc testamenta nihil a cæteris diversi habent, sed in iis æque, ac in aliis testamentis, tam internæ, quam externæ solennitates, quæ Hamburgi alias requiruntur, observari debent, modo de voluntate testatoris proximos heredes ab intestato a bonis hereditariis excludendi certo constet. Quæcunque igitur testamenta jure Statutario Hamburgensi in aliis casibus valida sunt, ea etiam circa exclusionem heredum proximorum a bonis hereditariis valere debent, & quum Statuta ea id præcipuum habeant, quod etiam testamenta sine heredis institutione, quæ alias jure communi essentielle requisitum est, rata sint; (p) etiam illa, quibus heredes proximi a bonis hereditariis excluduntur, sine heredis institutione pro ratis & validis habentur, modo tota hereditas tunc in legata a testatore divisâ fuerit.

§. XXIII.

quæ sub se  
comprehendunt omnes  
alias dispositiones, quibus ultima voluntas declarari potest;

Sub voce: per testamentum, in lege nova expressa, omnes alias etiam ultimarum voluntatum dispositiones contineri nemo non facile videbit. Hoc non ostendunt solum sequentia ei opposita verba: vel inter vivos, quæ omnes species disponendi inter vivos indicant, quorum oppositum

(p) conf. art. 24. tit. I. Part. 3. Statut. Hamb.

oppositum est testamentum, quod omnes species mortis causa disponendi sub se continet, sed etiam in jure constat, vocem testamenti sepius tam lato sensu sumi, ut omnes ultimas voluntates, quocunque modo factas, significet. Inde recte colligimus, Hamburgenses, quibus nova lege uti licet, heredes suos ab intestato non per testamenta solum, verum etiam per omnes alias dispositiones, quibus in jure ultima voluntas declaratur, a bonis hereditariis excludere posse. Variæ earum sunt species, quæ minus solennes audiunt, uti testamenta strictè sic dicta solennes vocantur. Minus solennes sunt codicilli, donationes mortis causa, & plures aliæ, quæ quidem diversa inter se requisita habent, sed in eo conveniunt, quod sint media, vi quorum aliquis ultimam suam voluntatem declarare potest. Quot modis igitur aliquis ultimam suam voluntatem declarare potest, tot modis etiam disponere mortis causa illi licet, & quum tam jus commune, quam Statutarium eas dispositiones nullo modo respuant, sed potius in aliis casibus admittant, quidni Hamburgensibus permissum sit, heredes suos ab intestato vi novæ legis eodem modo a bonis hereditariis excludere? Hoc unicam suadendum tantummodo est, ut illi, qui hoc modo voluntatem suam declarare velint, singula cujuscunque dispositionis requisita singulosque effectus sedulo curare debeant.

§. XXIV.

Quarendum autem adhuc est, quum in materia circa testamenta versetur, utrum etiam, qui antea testamentum condidit & bonis hereditariis proximis heredibus ab intestato relictis, de acquisitis tantummodo disposuit, sibi autem reservavit, quod, si per schedulam, propria manu scriptam,

etiam minus solennes.

an etiam per schedulam, testamento additam, fieri potest?

D

hac in re præscri-  
berales sunt, ut e  
te explicare, sed  
e. Primo omnium  
per testamentum.  
ta, sive nuncupa-  
oximorum supra  
ovæ legis. Hæc  
sed in iis æque  
n externæ solenni-  
observari debent,  
eredes ab intestato  
ntet. Quæcun-  
mburgenſi in aliis  
sionem heredum  
debent, & quum  
etiam testamenta  
omuni essentielle  
a, quibus heredes  
r, sine heredis in-  
modo tota heredi-  
t.

ge nova expressa,  
tum dispositiones  
loc non ostendunt  
inter vivos, quæ  
indicant, quorum  
oppositum  
mb.



scriptam, vel subscriptam, testamento aliquid addat, vel detrahat, aequè ratum esse debeat, ac si testamento contineretur, utrum hic per schedulam voluntatem mutare & heredes ab intestato a bonis hereditariis excludere possit? Omnino id fieri posse existimo; schedula enim, a testatore propria manu scripta, vel subscripta est optima probatio, quod testator ante mortem voluntatem suam mutaverit, & quum aliæ dispositiones minus solennes nullam solemnitatem requirant, sed testes & cætera requisita, quibus illis opus est, solummodo ad probandas eas spectent, non video, quare schedula, in qua testator aliter voluntatem suam declaravit, eodem effectu gaudere non possit, modo de scripta vel subscripta manu testatoris nullum sit dubium? Hoc vero quidem statuo, si testator testamentum antea conditum per schedulam, ipsi additam, ex parte tantummodo mutaverit; sin autem totum testamentum per schedulam alteretur, non quidem necessarium, sed e re testatoris esse arbitror, illum prius testamentum tollere & de novo testari.

## §. XXV.

an etiam per dispositiones parentum inter liberos? Inter ultimas voluntates minus solennes etiam referri dispositiones parentum inter liberos certo constat. Quid igitur de his censendum, an parentes liberos, qui vel in exteris provinciis habitant, vel jurisdictioni Hamburgensi obnoxii non sunt, & de bonis hereditariis testari possunt, vi ejusmodi dispositionis minus solennis a bonis hereditariis itidem rectè excludunt? Priusquam de medio hoc, quo excluduntur, solliciti simus, disquirendum esse puto, an parentes liberos a bonis hereditariis excludere possint, necne? De bonis acquisitis res clara atque perspicua est, modo

modo legitima salva maneat. (q) Lex nova tribuit etiam omnibus Hamburgensibus, quorum proximi heredes in exteris provinciis habitant, vel jurisdictioni Hamburgensi obnoxii non sunt, & de bonis hereditariis testari possunt, ergo etiam parentibus erga tales liberos & liberis erga tales parentes, eandem liberam facultatem super bonis hereditariis testandi, quæ jure communi permilla est. Quum autem jure communi parentes liberos usque ad legitimam ab omnibus bonis indistincte exheredare possint, & jus commune in nova lege pro norma & modo Hamburgi de bonis hereditariis testandi constituatur; consequitur inde etiam, parentes Hamburgenses liberos externos vel Hamburgensi jurisdictioni non subjectos, ad modum juris communis, tam a bonis hereditariis, quam ab acquisitis excludere posse, modo legitimam omnium bonorum iis salvam relinquunt. Hoc tamen tantummodo valere existimo, si ambo parentes, scilicet pater & mater, adhuc vivant; si enim unus parens jam decesserit, alter quidem jure Hamburgensi univërfa bona indivisa retinet, quamdiu ad secunda vota non transgreditur & œconomus est, (r) sed mortuo parenti liberi cum parente superstite revera jam succedunt, (s) ergo parens superstes illud, quod jam habent liberi, rursus adimere illis non potest & de eo disponere nequit. Si autem nunc de medio, quo liberi, uti supra notavimus, a bonis hereditariis usque ad legitimam excluduntur, quæramus, distinguendum est, an unus tantummodo filius, vel filia, vel an plures adsint? Priori casu fieri id non posse per dispositionem parentum minus solen-

D 2

nem

(q) conf. art. 4. tit. 2. Part. 3. Statut. Hamb.

(r) vid. art. 3 & 5. tit. 3. Part. 3. Statut. Hamb. (s) vid. art. 1, loc. c.

quid addat, vel testamentum mutare & excludere possit? enim, a testatore optima probatio, am mutaverit, & nullam solennitatem, quibus illis essent, non video, voluntatem suam possit, modo de eum sit dubium? testamentum antea ex parte tantummentum per schem, sed e re testatum tollere & de

nes etiam referri o constat. Quid beros, qui vel in oni Hamburgensi testari possunt, bonis hereditariis medio hoc, quo um esse puto, an excludere possint, que perspicua est, modo

maio ut  
afsq' tot  
simob  
ignomin  
statutu

nem ex ea ratione concludo, quia, si unus filius vel filia, adit, qui usque ad legitimam excluditur, parentes reliqua bona uxori aut extraneis legare debent. Quum autem jus commune clare disposuerit, quod, si uxor vel extranei a parentibus heredes instituantur, vel iis aliquid legetur, solennitates testamenti & inprimis testes, sub quibus Jcti septem testes, in testamento usitatos, intelligunt, requirantur; (t) dispositio parentum minus solennis, quæ ad liberos tantum spectat, & testes expresse non requirit, ad hoc non sufficit. Posteriori autem casu, si plures liberi adfunt, parentes unum vel alterum, qui in exteris provinciis habitat, vel jurisdictioni Hamburgensi subiectus non est, & de bonis hereditariis libere testari potest, usque ad legitimam a bonis hereditariis vi dispositionis minus solennis, quæ vocatur inter liberos, excludere omnino possunt, modo cæteris liberis reliqua bona assignent, & dispositionem ad extraneos non extendant.

## §. XXVI.

an etiam  
per pacta  
dotalia,  
Hamburgi  
usitata?

Lex nova ipsa superaddit adhuc pacta dotalia, Hamburgi usitata, quibus Hamburgenses proximos suos heredes, in exteris provinciis habitantes, vel jurisdictioni Hamburgensi non obnoxios, qui de bonis hereditariis libere testari possunt, itidem ab ejusmodi bonis nova lege excludere queant, unde expresse ibi dicitur: "*auch vermittelst der hier gebräuchlichen Ehe-Zärtel.*" Pacta dotalia proprie tantummodo ineuntur de societate conjugali, de ejus conditionibus & de dote, & hæc in jure vocantur simplicia. Invaluit autem mos, quod novi conjuges in pactis dotalibus

(t) conf. Nov. 107. c. 1. & Harpprecht. Dissert. de admixtione extraneæ personæ in testamento parentum inter liberos.



us filius vel filia  
parentes reliqua  
Quum autem jus  
or vel extranei a  
aliquid legetur,  
sub quibus J.Ci  
ligunt, requiran-  
tis, quæ ad libe-  
requirit, ad hoc  
plures liberi ad-  
exteris provinciis  
subjectus non est,  
usque ad legis  
minus solennis,  
omnino possunt,  
nt, & dispositio-

ta dotalia, Ham-  
proximos suos here-  
urisdictioni Ham-  
hereditariis libere  
nova lege exclu-  
" auch vermisst  
ta dotalia proprie  
gali, de ejus con-  
ocantur simplicia.  
s in pactis dotali-  
bus

de admixtione extra-  
liberos.

bus etiam de futura successione paciscantur adhibitis ejus-  
modi verbis dispositivis, quæ alias in ultimis voluntatibus  
communiter adhiberi solent, & hæc pacta dotalia mixta  
audiant. Quamvis igitur posteriora non solum naturæ  
negotii, sed etiam indoli pactorum maxime repugnent, (u)  
tamen in Germania tantam auctoritatem adeptæ sunt, ut  
etiam in Statutis Hamburgensibus adprobata fuerint. (v)  
Hæc pacta mixta nullas solennitates jure Hamburgensi re-  
quirunt, nisi quod ab iis, quorum interest, subscribantur  
& sigillis eorum confirmentur, quibus etiam requisitis, si  
proximos heredes sub iis, quorum interest, intelligas, re-  
spectu bonorum acquisitorum nunquam, respectu heredi-  
tariorum autem tantummodo in eo casu, quando conjuges  
sine consensu proximorum heredum de ejusmodi bonis  
disponere nequeunt, opus esse erudite satis evinxit Con-  
sultissimus Dominus PETRUS HOLTZMANN J. U. L. &  
in patria mea Advocatus celeberrimus. (x) Quum autem  
merito inde, quod conjuges in iis ultimam suam volunta-  
tem declarent, inter dispositiones mortis causa minus so-  
lennes referantur, recte etiam lex nova iis tribuit effica-  
ciam, quod Hamburgenses vi eorum heredes externos vel  
Hamburgensi jurisdictioni non subiectos a bonis heredita-  
riis excludere possint. Solennitates enim ad hoc nihil  
conferunt, sufficit, si testatoris voluntas ex dispositione  
quadam

(u) conf. L. 15. C. de Pact. L. 5. C. de Pact. conv. sup. dot. & LEYSEN  
Spec. 308, Medit. 1. sq.

(v) vid. art. 11. tit. 11. Part. 2. Statut. Hamb.

(x) in Dissert. Inaugurali de Pactis dotalibus super bonis acquisitis  
tantum confectis, absque proximorum cognatorum consensu jure  
Hamburgensi validis, Kilonii anno 1748. sub moderamine Magni-  
fici Præsidis, illustris DORNII habitæ. P 3

quadam satis clare perspicui potest, & modo illa certo probetur. Huic rei dispositiones minus solennes aequè inferviunt, ac solennes, & proinde pacta etiam dotalia de futura successione iustum & legitimum sunt medium, quo voluntas ultima secundum novam legem rectè declarari potest. Notandum autem adhuc est, pacta dotalia de futura successione eo effectu plerumque gaudere, quod ab iis, quum legem contractus præ se ferant, resiliere nemini liceat. Jcti quidem ex L. 5. C. de Pact. convent. sup. dot. probare volunt, liberam testandi facultatem ejusmodi pacto non amitti; sed quum semel tanquam species ultimarum voluntatum recepta sint; quum etiam manifesto contractum involvant, & quum alia pacta successoria in jure adprobentur; standum quoque illis est, & per aliam ultimam voluntatem tolli nequeunt, nisi omnes, qui talia pacta inierunt, juri suo renuncient; saltem Hamburgi dispositum reperimus, ejusmodi pactis dotalibus per testamenta præjudicari non posse. (y)

§. XXVII.

2) per modum inter vivos disponendi.

Propositis igitur a nobis plerisque dispositionibus mortis causa, propositaque earum applicatione quoad usum novæ legis Hamburgensis, quæ alienationem bonorum hereditariorum certis casibus permittit; superest adhuc modus inter vivos disponendi, quo mediante Hamburgenses proximos heredes supra dictos a bonis hereditariis etiam excludere possunt. Lex nova in genere dicit: "*oder inter vivos zu disponiren,*" hæc expressio tam generalis est, ut omnes in jure licitas dispositiones inter vivos sub se contineat.

§. XXVIII

(y) conf. art. 12. tit. 11. Part. 2. Statut. Hamb. & Mev. ad Jus Lub. Part. 2. tit. 2. art. 12. n. 372 199.

## §. XXVIII.

Præsertim huc pertinet donatio inter vivos, quæ proprie nomen hoc meretur. Qualia ad eam requisita necessaria sint, ex omnibus juris compendiis constat, unde etiam hæc in præsentiarum non curo. Id unice tantummodo trado, donationes inter vivos in primis a donationibus mortis causa eo differre, quod in prioribus expresse translatio juris in donarium & traditio rei donatæ requiratur, (z) quum in posterioribus sola spes sive jus futurum tantummodo tribuatur. (aa) Bona hereditaria per donationem inter vivos Hamburgi alienari posse, si proximi heredes in exteris provinciis habitant, vel jurisdictioni Hamburgensi non subjacent, & de bonis hereditariis itidem libere disponere possunt, nullus dubitabit; omnes enim modi, quibus aliquis voluntatem suam disponendi de bonis declarare potest, apti etiam atque idonei sunt ad bona hereditaria juxta legem novam alienanda. Quale medium autem magis conveniens est, quam si quis, vivus adhuc, jura in alium transferat, & bona ipsa illi tradat, quorum acceptatione voluntas donantis ita probatur, ut eam ne mutare quidem possit, nisi ex justis causis? Sed quum facile evenire queat, ut totum patrimonium donantis in bonis hereditariis consistat, & ille, singulari quadam liberalitate adductus, extraneo cuidam universa bona hereditaria inter vivos donare velit, quid tunc de hac re sentiendum? Possunt quidem jure communi universa bona donari; (bb) sed prospici-

(z) conf. L. I. pr. ff. de donat.

(aa) conf. L. 32 &amp; 35. §. 2. ff. de mortis causa donat. &amp; capionib.

(bb) conf. L. 35. §. 4. C. de donat.

do illa certo pro-  
pennes æque inser-  
iam dotalia de fu-  
unt medium, quo  
n recte declarari  
acta dotalia de fu-  
audere, quod ab  
nt, resilire nemini  
convent. sup. dot.  
tem ejusmodi pam-  
m species ultima-  
etiam manifesto  
acta successoria in  
s est, & per aliam  
i omnes, qui talia  
rem Hamburgi di-  
otalibus per testa-

ue dispositionibus  
plicatione quoad  
alienationem bono-  
mittit; superest ad-  
o mediante Ham-  
os a bonis heredi-  
iva in genere dicit:  
ressio tam genera-  
tiones inter vivos  
§. XXVIII  
b, & Mev. ad Jus Lub.

prospiciendum tamen donatori est, ne egeat; (cc) unde etiam leges communes facultatem donandi usque ad quingentos solidos, id est, mille thaleros gravioris monetae, restrinxerunt, (dd) & si donatio hanc summam excedit, expresse insinuatio judicialis requiritur. (ee) Judex igitur, antequam eam confirmat, ad duo respicit, primo ad personam donantis, utrum ille necessaria vitae subsidia retineat, & deinde ad personam donatarii, utrum sit honestae vitae & honestis moribus praedita, an vero levis? Si alterutrum deficit, confirmationem non decernit. (ff) Patet igitur ex his, illum, qui Hamburgi etiam bona sua hereditaria ex dispositione novae legis alicui inter vivos donare vult, eam donationem ultra quingentos solidos, sive mille thaleros, extendere non posse, & si extendere velit, insinuatione judiciali & confirmatione judicis opus esse. Hoc ex ea ratione statuimus, quod lex nova in alienandis bonis hereditariis modum juris communis distincte praescribat, inde etiam illud in hoc casu stricte observandum esse putamus. Interea dubitandum non est, quin Perillustri Senatus, tanquam judex competens, si perspiciat, donatorem, majorem summam alienaturam, non egere, donationem talem confirmaturus sit, & hoc modo etiam totum patrimonium & omnia bona hereditaria inter vivos donari poterunt, modo Perillustri Senatui ejusmodi condiciones proponantur, ex quibus cognoscitur, quod donator in futurum necessaria vitae subsidia retineat. Quicquid igitur respectu

(cc) conf. L. 19. §. 4. C. de re judic.

(dd) vid. CARPZOV. P. 2. c. 12. d. 12.

(ee) conf. L. 36. §. 3. C. de donat.

(ff) vid. LUDOVICI Doctrina ff. lib. 29. tit. 5. §. 6.

geat; (cc) unde  
 di usque ad quin-  
 travioris monetæ,  
 summam excedit,  
 e) Judex igitur,  
 it, primo ad per-  
 subsidia retineat,  
 sit honestæ vitæ  
 is? Si alterutrum  
 ff) Patet igitur  
 na sua hereditaria  
 vivos donare vult,  
 s, sive mille tha-  
 ere velit, insinua-  
 pus esse. Hoc ex  
 n alienandis bonis  
 stincte præscribat,  
 ervandum esse pu-  
 quin Perillustri  
 erficipiat, donato-  
 non egere, dona-  
 modo etiam totum  
 inter vivos donari  
 smodi condiciones  
 quod donator in  
 t. Quicquid igitur  
 respectu

respectu caterorum extraneorum juris est, illud etiam  
 valere debet in donationibus inter virum & uxorem. Hæ  
 quidem jure Romano olim plane prohibitæ erant, ne mu-  
 tuato amore invicem spoliarentur, donationibus non tem-  
 perantes, sed profusa erga se facilitate, & ne concordia  
 pretio conciliari videretur, neve melior in paupertatem  
 incideret, deterior ditior fieret; (gg) postea autem tot  
 exceptiones contra hanc regulam inventæ sunt, ut fere per  
 illas plane absorbeatur. Unde etiam Statuta Hamburgensia  
 respectu bonorum adquirentium donationes inter conju-  
 ges quidem adprobarunt, sed restringunt eas ad tertiam  
 eorum partem; (hh) respectu hereditariorum bonorum  
 autem nullam ejusmodi donationem admittunt, nisi con-  
 sentientibus proximis heredibus. Verum enimvero quum  
 lex nova, quæ alienationem bonorum hereditariorum  
 permittit, Statutis, uti supra §. VIII. notavimus, certo  
 respectu deroget, indeque consensum heredum proximo-  
 rum, si in exteris provinciis habitant, aut jurisdictioni  
 Hamburgensi subiecti non sunt, & de bonis hereditariis  
 quocunque modo disponere possunt, nullo modo curet,  
 sed cuivis Hamburgensi facultatem tribuat, ad modum  
 juris communis, de ejusmodi bonis itidem libere dispo-  
 nendi, quidni unus coniux alteri conjugi omnia sua bona  
 hereditaria inter vivos donare possit, modo, ex præscripto  
 juris communis, si mille thaleros excedant, confirmatio-  
 nem judicis petat? Pugnare quidem hoc videtur cum  
 dispositione juris Statutarii, quod donationem tertiæ partis  
 bonorum adquirentium inter conjuges tantummodo per-  
 mittit;

(gg) conf. L. 1 & 3. pr. ff. de donat. inter vir. & uxor,

(hh) conf. art. 14. tit. 1. Part. 3. Statut. Hamb. §. 1. (ii)

mittit; sed quum legis novæ ea sit ratio, ut omnia bona hereditaria extraneis, modo Hamburgensi jurisdictioni subiecti sint, concedi malit, quam ut proximi heredes, qui exterarum provinciarum incolæ vel jurisdictioni Hamburgensi obnoxii non sunt, eorum participes fiant; quare igitur conjux unus, qui alteri conjugii magis, quam aliis extraneis favet, universa bona hereditaria donare non possit? Et hoc magis inde colligimus, quod lex nova, si alienationem bonorum hereditariorum permittit, & modum juris communis præscribit, respectu conjugum nullam restrictionem addat, sed in genere dicat: "*denenjenigen, welchen sie solche gönnen, zu legiren und zu vermachen.*"

## §. XXIX.

β) per venditiones uno nummo factas.

Inter species donationum inter vivos Jcti etiam improprie referunt contractus nonnullos, qui quidem externe contractus onerosi speciem præ se ferunt, vera autem non nisi donationes inter vivos sunt. Horum unus est venditio uno nummo facta, quæ iridem, tanquam ceteræ venditiones, ex re & pretio subsistunt, sed, quemadmodum alias ad emtiones venditiones justum & verum pretium requiritur; ita in venditione uno nummo facta imaginarium pretium est, quod in eo consistit, quando inter pretium & rem venditam ne minima quidem proportio est. Inde etiam vera adest donatio. (ii) Quicquid igitur in §. priori de donatione proposuimus, illud etiam hic observandum esse putamus, quum ii, qui talem venditionem celebrant, eam tantum simulent, & emtori revera aliquid donare voluerint. Subsistit inde etiam inter virum & uxorem

(ii) conf. L. 38. ff. de contrah. emtione & L. 46. ff. locati. (11)

& uxorem, modo non subit fraus. (kk) Quicumque ergo proximos heredes habet, qui in exteris provinciis habitant, vel jurisdictioni Hamburgensi obnoxii non sunt & de bonis hereditariis libere disponere possunt; illis etiam Hamburgi per venditionem uno nummo factam extraneis, vel etiam conjugii bona hereditaria addicere permissum est, caute tamen agunt, si confirmationem judicialem ejusmodi emtionis venditionis petant, quando ea proportio inter pretium & rem venditam est, ut emtor ultra quingentos solidos lucretur.

Pertinent etiam ad dispositiones inter vivos contractus vitalitii, vi quorum aliquis certam sortem vel etiam totum patrimonium alii tradit, ut ille tradenti, quamdiu vivat, ad alimenta quotannis maximas usuras solvat, ita tamen, ut fors penes illum, cui tradita, remaneat morte tradentis sequuta. Hic contractus pro donatione habendus non est, quia tradens sortem interdum diu vivere, & ille, cui tradita, ob maximas usuras aliquod damnum capere potest; sed tamen species est alienationis bonorum & imitatur naturam dispositionum inter vivos. Si enim quis certam sortem & saepius totum patrimonium alteri ea conditione, ut sortem retineat, tradit, ille jus dominii, quod in hac sorte habuit, in alium transfert, & inde eam alienare recte dicitur. Contractus autem ejusmodi non solum Hamburgi usu obtinent, quamvis non frequentes sint; sed etiam in Italia & praecipue Roma in arario, quod montes pietatis vocant (ll), ejusmodi sortes accipiuntur. Sicuti autem

Horum unus est, tanquam caetera, sed, quemadmodum & verum pro nummo facta immissit, quando inter a quidem proportio (ii) Quicquid igitur, illud etiam hic ii, qui talem vendunt, & emtori revera de etiam inter virum & uxorem

(kk) conf. L. 7. §. 6. L. 58. pr. ff. de donat. inter vir. & uxorem.  
 (ll) vid. STRYCK. Caut. Contract. Sect. 2. c. 1. §. 33.

ut omnia bona  
 genti jurisdictioni  
 proximi heredes;  
 jurisdictioni Ham-  
 bursi fiant; quare  
 magis, quam aliis  
 ia donare non pos-  
 sed lex nova, si alie-  
 mittit, & modum  
 conjugum nullam  
 cat: "denenjenigen,  
 zu vermachen."  
 vos JCrI etiam im-  
 qui quidem externe  
 runt, revera autem  
 Horum unus est  
 n, tanquam caetera  
 t, sed, quemadmo-  
 dum & verum pro  
 nummo facta ima-  
 missit, quando inter  
 a quidem proportio  
 (ii) Quicquid igitur  
 mus, illud etiam hic  
 ii, qui talem vendi-  
 unt, & emtori revera  
 de etiam inter virum  
 & uxorem  
 & L. 46. ff. locati. (ii)



tem Hamburgi tales contractus respectu bonorum adquisitorum nulli dubio obnoxii sunt, modo antea Perillostris Senatus, causa cognita, & cautione pro solvendis usuris annuis ab illo, cui fors traditur, praestita, illos confirmarit; ita etiam bona hereditaria in eo casu, si heredes proximi in exteris provinciis habitant, vel jurisdictioni Hamburgensi subiecti non sunt, & de bonis hereditariis libere disponere possunt, in eundem finem adplicantur, quia lex nova omnem alienationem bonorum hereditariorum tam mortis causa, quam inter vivos permittit, & tunc consensus proximorum heredum, quo alias in tali negotio, super bonis hereditariis celebrando, opus esset, non amplius requiritur. Interea circa bona hereditaria idem hic notandum est, quod circa bona adquisita modo memoravimus, quod scilicet cognitio iudicis & ejus confirmatio antea fiat, ille etiam, cui fors traditur, de solvendis usuris, quamdiu tradens vixerit, sufficientem cautionem praestet, quae provisio autem solummodo securitatem tradentis respicit, ne postea egeat, & reipublicae onerosus sit.

## §. XXXI.

*d) per alias  
similes di-  
spositiones,  
quae in jure  
licitae sunt.*

Post recensitas etiam a nobis praecipuas dispositiones inter vivos, quibus Hamburgenses heredes proximos ex-teros, vel jurisdictioni Hamburgensi non subiectos nova lege a bonis hereditariis excludere possunt, fatemur quidem, plures alias tam mortis causa, quam inter vivos dispositiones dari posse, quibus eodem modo agere Hamburgensibus permixtum est; sed quum ad enumerationem earum majus opus, quam instituti ratio postulat, requiratur; illas praetereo, & nemo non facile videbit, omnes huc pertinere, quae media sunt, vi quorum bona jure licito alienari



alienari possunt. Quomodo autem inter se differant, & qualia requisita ad unamquamque dispositionem necessaria sint, in adplicatione partim ex jure Statutario, partim autem ex jure communi, quod Hamburgensium jus subsidarium est, facile intelligi possunt.

## §. XXXII.

Si quis ergo, his adhibitis mediis, lege nova Hamburgensi utitur, juxta & legi convenienter agit, & ne quis illi impedimento sit, non est, quod metuat. Hinc etiam lex nova ipsa ita loquitur: "*ohne jemandes Behinderung*" id quod liberrimam disponendi facultatem eo magis indicat. Si igitur proximi heredes exteri vel jurisdictioni Hamburgensi non subiecti per interventiones inanes confirmationem judicalem dispositionum inter vivos impedire, vel dispositiones mortis causa aut vivo testatore, aut post ejus mortem, eo, quod legem generalem prohibitivam vel alia ejusmodi adhuc urgeant, infirmare conentur; Perillustri Senatus talia impedimenta tollere & dispositiones vi legis novæ conservare sancte promissit. Inde etiam nemo ab ejusmodi dispositionibus, quarum reipublicæ maxime interest, arcendus, sed omne liberæ voluntati disponentis relinquendum est. Quum autem voluntas ea non ulterius, quam jus retorsionis permittit, & secundum præscriptam formam legum declaranda sit; non possum, quin notanda quædam circa adplicationem legis novæ addam, simul demonstraturus, quomodo disponentes ab omni eo, quod contentiones inanes forsan excitare potest, sibi caveant.

## §. XXXIII.

Ex idea juris retorsionis, in quo lex nova fundata est, pronò alveo consequitur, Hamburgenses in adplicatione novæ

quæ omnes  
sunt sine  
impedi-  
mento ali-  
cujus.

Notanda  
quædam  
circa adpli-  
cationem  
novæ legis.

1) an quis  
nova lege  
uti potest,

si heredes novæ legis non nisi eodem cum exteris loco haberi posse; quærendum igitur est, an Hamburgenses contra proximos heredes externos vel jurisdictioni Hamburgensi non subiectos, qui quidem de bonis hereditariis libere disponere possunt, attamen non disponunt, nova lege uti queant? Elegans hæc quæstio est, quæ, si affirmetur, magnam iniquitatis præ se fert speciem. Possunt enim ejusmodi heredes proximi, si sibi convenire perspiciant, bona sua exigua Hamburgensibus ab intestato relinquere, postulantes, ut hi iterum coacti sint ad hereditates ingentes illis ab intestato relinquendas. Sed dicam, quod verum est. Facultas libere disponendi nullo jure ita restringitur, ut, si heres proximus de bonis non disponat, ille, cujus heres est, itidem disponere non possit, sed dispositiones potius actus simplices sunt, qui nullam relationem ad alterius negotium habent, & a nulla re, nisi a voluntate disponentis, dependent. Deinde etiam respiciendum non est ad id, quod heredes proximi faciunt, sed quod facere possunt. Vi enim juris retorsionis non actus, sed diversarum provinciarum jura retorquentur. (mm). Si igitur Hamburgenses cum exteris eodem loco haberi dicitur, non ad actus, sed ad jura exterorum respicitur, & an vi eorum de bonis hereditariis disponere possint, necne? unde etiam hoc modo omnis iniquitatis species evanescit, & quæstio supra memorata merito affirmanda erit.

§. XXXIV.

Quum igitur nihil amplius impedimenti sit, quo minus Hamburgenses proximos heredes externos vel Hamburgensi jurisdictioni non subiectos a bonis hereditariis excludant, non videtur esse iniquitas, si illi, qui libera dispositione super bonis hereditariis

(mm) conf. LUDOVICI Doctr. ff. tit. quod quisque jur. in alt. stat.

oco haberi posse; contra proximos veni non subjectos, disponere possunt, queant? Elegans agnam iniquitatis ejusmodi heredes bona sua exigua e, postulantes, ut res illis ab intestato est. Facultas li, ut, si heres proximus heres est, itidem potius actus simplicius negotium habentis, deponit est ad id, quod ere possunt. Vi versarum provin- gatur Hamburgentur, non ad actus, vi eorum de bonis unde etiam hoc t, & quæstio supra menti sit, quo mi- exteros vel Ham- bonis hereditariis exclu- isque jur. in alt. stat.

excludere possint, modo his eodem modo disponere per- missum sit; inquirendum adhuc erit, utrum cives & cæteri incolæ Hamburgenses strictè sic dicti, qui adeo libera di- dispositione super bonis hereditariis fruuntur, si velint, aliis extraneis, extra jurisdictionem Hamburgensem habi- tantibus, quibus singulariter favent, talia bona donare vel legare possint, necne? In utramque partem hoc di- spatari posse censeo; pro negativa valet, quod legis novæ ratio potissimum ea sit, ut hereditates in civitate maneant & respublica inde, quod transferantur ad externos vel ju- risdictioni Hamburgensi non subjectos, detrimenti quid non capiat, quæ ratio legi novæ tacite inesse videtur. In- terea quicquid obtendatur, affirmativa majori nititur fun- damento, indeque magis mihi placet. Lex nova enim Hamburgensibus, si proximos heredes a bonis heredita- riis excludant, liberrimam dispositionem tribuit; quod non solum indicant verba: "*nach Maasgebung der allgemei- nen Kayserlichen Rechte;*" sed etiam mox expresse dicitur: "*denenjenigen, welchen sie solche gönnen, zu legiren und zu vermachen;*" Quamvis igitur alia etiam ratio legi novæ tacite inesset; infringitur tamen, quia Legislatores Pru- dentissimi mentem suam ita declararunt, ut modum di- sponendi secundum jus commune præscripserint constitue- rintque, quod Hamburgensibus licitum sit, omnibus in- distincte, quibus singulariter favent, bona sua hereditaria addicere. Accedit etiam, quod exteris, si proximos here- des suos, qui Hamburgi vivunt, a bonis hereditariis ex- cludant, prohibitum non sit, quo minus aliis extraneis, quamvis ejusdem provinciæ non sint, illa addicere queant; quum igitur jus retorsionis, in quo nova lex Hamburgens-  
fis

ditariis con- tra proximos heredes no- va lege uti- tur, illosque excludit, aliis extraneis, ju- risdictioni Hamburgensi non subjectis, ta- lia bona addicere potest?

sis fundata est, ab Hamburgensibus exerceatur, indeque hi cum exteris eodem loco haberi recte dicantur; non video, quare iis permiffum non fit, æquali modo de bonis suis hereditariis in casu dato libere difponere?

§. XXXV.

3) an ille, qui partim heredes proximos externos vel Hamburgensium jurisdictioni non subiectos; partim autem tales, qui cives Hamburgenses eorumque similes sunt, habet, de priorum, si illos excludat, portione libere difponere potest; an vero universa bona hereditaria posterioribus relinquere tenetur?

Nec minus ambigua est quæstio: utrum Hamburgenses, quorum heredes proximi, in uno eodemque gradu constituti, partim exteri vel Hamburgensi jurisdictioni non subiecti, partim autem cives similesque sunt, si priores a bonis hereditariis nova lege excludant, de portionibus eorum libere difponere possint, an vero posterioribus universa bona hereditaria necessario relinquere teneantur? Prius adfirmare non dubito, etsi posterius etiam magnam præ se fert speciem. Obtendi enim posset, quod jus accrescendi in casu, ubi proximi heredes exteri a bonis hereditariis excluduntur, respectu cæterorum, qui cives Hamburgenses vel eorum æquales sunt, locum habeat; deinde, quod ob conservandum splendorem familiarum, quem respicit lex generalis prohibitiva, lex nova, quamdiu unus e familia Hamburgi supersit, rursus cesset, adeoque lex generalis prohibitiva reviviscat; & tum, quod eadem lex prohibitiva jubeat, universa bona hereditaria legitimis heredibus *ungeschmälert*, & sine quod per alienationem minimæ partis diminuatur, relinqui debere; verum enimvero, quam speciosæ etiam sint hæ rationes, ad aliter tamen sentiendum commoveor. Quoad jus enim accrescendi probe hic notandum est, illud hoc loco statui non posse; constat enim ex juris principiis, tale jus non nisi in casu intestati, si in genere ab intestato succedatur, & in casu testati tunc solummodo, si heredes conjunctim instituti

instituti sunt, locum invenire. Si autem proximi heredes  
 exteri a bonis hereditariis excluduntur, cæteri, qui Ham-  
 burgi vivunt, neque conjunctim factam institutionem ur-  
 gere possunt; neque, si defunctus aliter de portione eorum  
 disponat, id quod ex lege nova illi liberum manet, casus  
 intestati adest, adeoque heredibus, Hamburgi viventibus,  
 nullum jus in excludorum coheredum portionem competit.  
 Dicitur etiam non potest, quod ob conservandum splendorem  
 lex prohibitiva generalis reviviscat, & lex nova rursus  
 cesset. Ratio hæc respectu eorum, qui Hamburgi adhuc  
 vivunt, recte valet; sed quum lex nova Hamburgensibus  
 in casu, ubi heredes proximos exteros excludunt, simul  
 liberam de portione excludorum disponendi facultatem tri-  
 buat, lex generalis prohibitiva, si alio modo defunctus de  
 tali portione disposuerit, effectum habere non potest. Certo  
 igitur etiam persuasus sum, dispositionem legis generalis  
 prohibitivæ, quod bona hereditaria legitimis heredibus  
*ungeschmälert* relinqui debeant, huc adplicandam non esse;  
 valet hoc omnino de portione eorum heredum, qui Ham-  
 burgi vivunt, & simul ab intestato succedunt, sed ad por-  
 tiones exterorum, qui exclusi sunt, trahi non potest, quia  
 defunctus per legem novam aliter disponendi liberam  
 habuit facultatem.

§. XXXVI.

Si autem omnes heredes proximi sunt exteri vel Ham-  
 burgensi jurisdictioni non subjecti, & a bonis hereditariis  
 recte excluduntur, quærendum est, an tunc uno gradu  
 remotiores, qui cives Hamburgenses vel huic jurisdictioni  
 obnoxii sunt, bona hereditaria sibi vindicare possint, necne?  
 F  
 Mini-

4) an uno  
 gradu re-  
 motiores  
 heredes,  
 qui cives  
 Hambur-

reatur, indeque  
 dicantur; non vi-  
 li modo de bonis  
 nere?

rum Hamburgi-  
 eodemque gradu  
 genti jurisdictioni  
 que sunt, si prio-  
 rant, de portioni-  
 vero posterioribus  
 quere teneantur?  
 us etiam magnam  
 flet, quod jus ac-  
 exteri a bonis he-  
 örüm, qui cives  
 t, locum habeat;  
 orem familiarum,  
 lex nova, quam  
 rursus cesset, adeo-  
 at; & tum, quod  
 a bona hereditaria  
 ne quod per aliena-  
 linqui debere; ve-  
 nt hæ rationes, ad

Quoad jus enim  
 ud hoc loco statui  
 piis, tale jus non-  
 testato succedatur,  
 eredes conjunctim  
 instituti



genſes vel  
eorum ſimi-  
les ſunt, bona  
hereditaria  
ſibi vindicare  
poſſunt, ſi  
proximi he-  
redes exteri  
vel Hambur-  
genſi juridi-  
ctioni non  
ſubjecti ab iis  
recte excluſi  
ſuerint?

5) an in di-  
poſitionibus  
ſecundum  
legem no-  
vam allega-  
tio ejus no-  
minatim ſie-  
ri debet?

Minime id fieri poſſe in apri-  
co eſt, quia remotiores,  
quamdiu vivunt proximiores,  
ne ullam quidem ſpem ſuc-  
cedendi habent, tantum abeſt,  
ut jure ſuccedendi jam  
gaudeant, quicquid etiam alii  
de nepotibus, qui alias jure  
ſuo ſuccedunt, moneant, ſi ſci-  
licet hi cives Hamburgenſes  
vel huic jurisdictioni ſubjecti  
ſint, & in caſu, ubi parentes  
eorum excluſi ſunt, ſuccedere  
velint, quod non procedit,  
quum neque ſpem, neque jus  
ſuccedendi habeant, quamdiu  
parentes vivunt.

§. XXXVII.

Quibus ſuppoſitis, & pluribus  
aliis caſibus, qui dari poſſunt,  
ob inſtituti rationem omiſſis,  
diſquirere jam noſtrum eſt,  
an etiam in applicanda lege  
nova ſingularia quædam obſer-  
vanda ſint? Sunt, qui expreſſe  
deſiderant, illum, qui heredes  
proximos a bonis hereditariis  
nova lege excluſit, in diſpoſi-  
tionibus, quibus utitur, nomi-  
natim legem iſtam allegare  
debere, & ſi id omiſerit, diſpo-  
ſitiones ſuper bonis hereditariis  
infirmas & nullas eſſe. Quis  
eſt, qui non videat, illos, qui  
hoc ſtatuunt, talem allegationem  
pro interna quadam ſolemnitate  
diſpoſitionum venditare velle?  
Sed hæc ſolemnitas non niſi  
fiſta & imaginaria eſt, quum  
neque jus commune, neque  
Statutarium, neque ipſa lex  
nova eam præſcribant. Rectius,  
mea quidem ſententia, judi-  
cant, qui ſolam declarationem  
voluntatis, quod aliquis  
proximos heredes a bonis  
hereditariis revera excluſat,  
eademque extraneis donet  
vel leget, jam ſufficientem  
eſſe ſtatuunt. Hoc enim  
eſſentiale requiſitum teſtamenti  
vel aliarum diſpoſitionum eſt,  
& ſufficit, modo illa clara  
atque

quia remotiores,  
quidem spem suc-  
cedendi jam  
bus, qui alias jure  
cives Hamburgens-  
& in casu, ubi pa-  
velint, quod non  
jus succedendi ha-

is casibus, qui dari  
disquirere jam no-  
ova singularia quæ-  
se desiderant, illum,  
is nova lege exclu-  
nominatim legem  
dispositiones super  
e. Quis est, qui  
talem allegationem  
sitionum venditare  
& imaginaria est,  
utarium, neque ipsa  
nea quidem senten-  
voluntatis, quod  
tariis revera exclu-  
et, jam si fficientem  
quiritum testamenti  
cit, modo illa clara  
atque

atque perspicua sit, & exclusionem heredum certo osten-  
dat. Nemo facile crederet, cordatos JCtos aliter sentire  
posse; sed in causa Grothe & Conf. mand. nomine, Ap-  
pellantium; contra Schuldt, modo eius heredes, Appella-  
tos, ante unius fere anni spatium coram Celsissima Camera  
Imperiali a parte Appellatorum a me feliciter peracta, te-  
stamentum, quo matrona honesta Hamburgensis, Meye-  
rin dicta, heredes proximos externos a bonis hereditariis  
itidem nova lege excluserat, ex eo fundamento, quod  
hanc legem in eo nominatim non allegaverit, impugna-  
tum est. Adversarii exemplum civis Hamburgensis, ab  
oneribus publicis immunis, proposuerunt, qui immuni-  
tatem allegare deberet, si privilegio suo uti vellet. Quo-  
modo autem hoc exemplum claudicet, nemo non videbit.  
Primo enim tale privilegium immunitatis toto cælo di-  
stat a lege nova; prius incognitum esse, & casus obveni-  
re potest, quod allegari debeat; posterior autem, lex  
nova scilicet, est lex, quæ publice promulgata fuit, &  
neminem latet. Deinde etiam civis immunis privilegium  
non sponte, & quovis momento, sed tunc demum alle-  
gabit, si onera publica ab eo postulentur. Eadem etiam  
est ratio novæ legis. Qui ea utitur, eam allegare non  
debet in testamento vel alia dispositione, sed solummodo  
excludit heredes a bonis hereditariis; si vero contentio-  
nes super istiusmodi dispositione oriuntur, tunc illis, qui  
eis excitant, recte opponitur. Et quis est, qui non  
feiat, leges neminem obligare, quod in aliis casibus,  
quando contrahit, aut disponit, legem, juxta quam con-  
trahit, vel disponit, allegare debeat? Adversarii quidem  
ad nonnulla testamenta Hamburgensia provocarunt, in  
F 2 quibus

quibus a testatoribus lex nova nominatim allegata fuit, & inde elicere studuerunt, Hamburgi id necessario requiri; verum enim vero quum ad Perillustrem Senatam Hamburgensem, tanquam Legislatores Prudentissimos, debita reverentia confugerim & humillimis supplicis declarationem authenticam petierim, pro tuenda justitia documentum publicum gratiosum edere illi placuit (nn), ex quo luculenter apparet, talem allegationem Hamburgi in testamentis, nova lege conditis, necessario non requiri, & si omissa, id ejusmodi testamenta nullo modo vitare. Hoc documentum quidem pars actorum factum non est, quia sententia victrix ante ejus exhibitionem ferebatur; sed

(nn) Documentum publicum, a Perillustri Senatu gratiose editum, in extenso ita audit: *Wir Bürgermeistere und Rath der Stadt Hamburg bezeugen hiemit, daß allhier in Hamburg, wenn ein Erblasser über Erbguth nach dem jüngsten Rath- und Bürger-Schluß de 16 Februarii 1733 per Testamentum frey disponiret, es zur Validitet oder Invaliditet eines Testaments nichts thue; ob vorgedachter Rath- und Bürger-Schluß in dem Testament nahmentlich allegiret worden, oder nicht? gestalten diese Anführung zu denen Solemnitäten eines solchen Testaments allhier in keine Wege erfordert wird. Urkundlich unsers hierunter gedruckten gewöhnlichen Stadt-Secret-Siegels. Actum d. 28 Septembr. 1757.*

(L. S.)

Ex speciali commissione Spectabilis Senatus Civitatis Hamburgensis

J. D. SCHLÜTER Dr.

Ejusdemque Reipublicæ Secretarius  
subscripti.



sed inde tamen jamjam constabit, quid Legislatores Sapientissimi hac de re Ipsi sentiant, & allegationem novae legis, nominatim a quibusdam factam, nonnisi superfluum quid esse, quod non nocet.

§. XXXVIII.

Nec minus adsunt, qui, in testamentis, nova lege conditis, expresse requirunt, testatorem loco juramenti corporalis, quod Statuta Hamburgensia vocant: *auf die Stunde des Todes*, indicare debere, quot bona hereditaria relinquat? Hoc quidem juxta claram dispositionem Statutorum (oo) essentiale requisitum testamenti Hamburgensis est, si quis lege generali prohibitiva de bonis hereditariis testari non potest, & eo effectu gaudet, ut inter heredes ab intestato, quibus bona hereditaria necessario relinqui debent, & inter ceteros heredes, in bona acquisita institutos, de quantitate horum vel illorum bonorum nullae lites oriantur. Quum autem hoc discrimen in testamentis, nova lege conditis, plane cesset, quia testatores de omnibus bonis indistincte testari possunt; inde etiam ejusmodi indicatio bonorum hereditariorum, & contestatio, alias necessaria, impune omitti potest, quum nullum amplius usum habeat.

6) an in ejusmodi testamentis contestatione loco juramenti corporalis sive *auf die Stunde des Todes*, opus est?

§. XXXIX.

Caute tamen agunt Jcti & Notarii publici, qui testamenta lege nova conficiunt, quod testatores loco juramenti corporalis, sive *auf die Stunde des Todes*, saltem declarare

Caute pro Jctis & Notariis publicis.

F 3

(oo) conf. art. 6. tit. 1. P. 3. Statut. Hamb.

atim allegata fuit, id necessario requiritur Senatus Prudentissimos, limis supplicis deoro tuenda justitia ere Illi placuit (nn), ationem Hamburgi essario non requiri, ullo modo vitiare, m factum non est, icionem ferebatur; sed

Senatu gratiose editum, und Rath der Stadt in Hamburg, wenn ein den Rath- und Bürger- tum frey disponiret, es Testaments nichts thue, us in dem Testament ? gestalten diese Ansub- Testaments allhier in ch unsers hierunter ge- ls. Actum d. 28. Se-

missionem Spectabilis Senatus Hamburgensis SCHLÜTER DR. de Republica Secretarius subscripti.

a) Prima. clarare curent, se vel nescire, quot bona hereditaria habeant, vel etiam, quia de omnibus bonis indistincte testantur, opus non habere, ut quantitatem bonorum hereditariorum indicent, qua re solennitati internae, alias in testamentis Hamburgensibus necessariae, plene satisfacturos esse arbitror, id quod in ejusmodi testamentis saepius factum esse cognovi.

## §. XL.

b) Secunda. Suadeo iisdem etiam, ut testamentis vel aliis dispositionibus tam mortis causa, quam inter vivos, quae nova lege fiunt, allegationem ejus nominatim inferant; quamvis enim hoc, uti supra §. XXXVII. demonstravimus, solennitas interna non sit, & absque ullo praejudicio omitti queat; tamen consultius est, superfluum quid, quod non nocet, admittere, quam aniam contentionum inanium praebere; unde etiam a plerisque cordatis JCris & Notariis publicis id observari, quotidiana experientia docet.

## §. XLI.

c) Tertia. Si vero ejusmodi dispositiones a disponentibus ipsis antea conscriptae, ab iis autem allegatio novae legis nominatim facta non sit; praesertim Notariis publicis, qui vel solennitates iis interponunt, vel attestatis suis eas corroborant, maxime convenit, ut, si argumentum ejusmodi dispositionum intellexerint, disponentes vel mortis causa, vel inter vivos sedulo interrogent, utrum mentem legis novae singularis optime perceperint, & utrum absolute

absolute ex ejusmodi lege velint disponere, id quod attestatis suis vel instrumentis Notarialibus inferere haud innoxium erit.

§. XLII.

Quia autem non omnium, qui aliis negotiis insistant, esse potest, quod omnes leges sciant, quamvis promulgatae sint, imprimis etiam feminis Hamburgensibus, quibus alias jus ignorare licet, multae praeclarae dispositiones incognitae sunt, & inde dubitant, an hoc, vel illo modo de bonis suis disponere possint, necne? Juratorum & Notariorum publicorum esse judico, quod ejusmodi disposituris in consulendo subveniant, veram mentem legis novae singularis ejusque diversitatem a lege generali prohibitiva recte illustrent, & si modum disponendi secundum eam elegerint, voluntatem eorum summa, qua potest fieri, perspicuitate & claritate expriment, ne iis imputari possit, quod, tanquam artis periti, contentionibus occasionem dederint.

§. XLIII.

Sicuti igitur hoc modo lex nova ad casus obvenientes recte applicabitur, & utilitatem haud exigua habebit; pro hereditate etiam Legislatores Prudentissimi proximis heredibus ab intestato, qui alias nova lege a bonis hereditariis excludi possunt, adhuc cautelam quandam praebuerunt, quae efficere potest, ut lex nova contra eas rursus cesset. Concludunt eam his verbis: " *Jedoch, daß, wann, bey des Testatoris Leben, dessen nächster Erbe aus der Fremde sich allhier beständig zu wohnen begeben und der Stadt pflichtig machen würde,* Cautela testato, qui alias nova lege a bonis hereditariis excludi possunt.

a hereditaria ha-  
bonis indistincte  
tantitatem bono-  
solennitati inter-  
sibus necessariae,  
ad in ejusmodi te-

entis vel aliis di-  
inter vivos, quae  
minatim inferant;  
XXVII. demon-  
, & absque ullo  
ultius est, super-  
ere, quam ansam  
etiam a plerisque  
observari, quoti-

disponentibus ipsis  
tio novae legis no-  
ariis publicis, qui  
attestatis suis eas  
argumentum ejus-  
onentes vel mortis  
gent, utrum men-  
eperint, & utrum  
absolute

würde, demselben sodann eben die Rechte und Wohlthaten, nach den hiesigen Statuten, wie andern Bürgern, angedeyen sollen."

Quis est, qui non intelligat, hoc in summum favorem proximorum heredum ab intestato dispositum esse? Si igitur heredes proximi exteri alienationem bonorum hereditariorum evitare velint; necesse est, ut, vivo adhuc testatore, non solum domicilium mutant, & sedem fixam Hamburgi constituent; sed etiam pro sua quisque conditione vel fiant cives; vel contractum, de quo supra §. XII. diximus, ineant; vel saltem annue medioerem pecuniam, quod vocant *einen Schutzthaler*, solvant, indeque fidem civicam polliceantur. Eodem fere modo etiam ceteri heredes proximi, qui quidem Hamburgi jam vivunt, sed Hamburgensi jurisdictioni obnoxii non sunt, sibi cavere possunt; mutatio quidem domicilii in iis necessaria non est; attamen æque, ac priores, vel uno, vel altero modo, vivo adhuc testatore, civitati Hamburgensi obstrictos se reddere debent, si lege nova a bonis hereditariis nolint excludi. Tunc eodem cum civibus jure & iisdem cum ipsis beneficiis fruuntur, & tunc nemini, qui civis Hamburgensis vel alio modo civitati addictus est, permillum erit, talem proximum heredem ab intestato a bonis hereditariis excludere, quia ratio legis, consequenter etiam ejus dispositio plane cessat. Sed si rem recte perpendamus, hæc cautela proximis heredibus nonnisi respectu dispositionum mortis causa prodesse poterit. Hæ enim effectum suum post

post mortem demum testatoris acquirunt, & inde, dum vivit ille, revocari & infirmari possunt. Verum enimvero dispositionum inter vivos prorsus alia ratio est; in iis enim jura statim in alios transferuntur & res aliis traduntur, ergo frustraneum esset, heredes proximos, post peractas eas, vel Hamburgum pervenire, vel Republicæ Hamburgensi aliquo modo obstrictos se reddere velle, quum res non amplius integra sit, & jura translata vel res traditæ maneat apud eos, ad quos illa translata, & quibus hæc semel traditæ sunt. Suadendum igitur est ejusmodi heredibus ab intestato, ut mature, & antequam proximus cognatus Hamburgensis de dispositione inter vivos cogitaverit, Hamburgum perveniant, ibi sedem fixam constituent & civitati sese obstringant, modo impedire velint, quo minus bona hereditaria iis, si non per modum ultimæ voluntatis, tamen per modum disponendi inter vivos præcipiantur.

§. XLIV.

Hæc sunt, quæ de jure singulari Hamburgensi *Conclusio.* alienandi bona hereditaria proponere constitui. Non quidem ignoro, illud me non plane exhaustisse; sed quum materiam hanc ante me, quantum ego scio, nemo adhuc ex professo pertractaverit, pro viribus

G  
meis

und Wohlthaten, nach  
angedeuten sollen."  
umimum favorem  
stitum esse? Si igitur  
honorum hereditat,  
& sedem fixam  
qua quisque conditio  
quo supra §. XII.  
diocrem pecuniam,  
indeque fidem cito  
etiam ceteri heredes  
jam vivunt, sed  
sunt, sibi cavere  
necessaria non est;  
altero modo, vivo  
obstrictos se reddendi  
nolint ex-  
& iisdem cum ipsis  
qui civis Hamburgensis  
est, permiffum erit,  
a bonis hereditariis  
etiam ejus disponenda  
perpendamus, hæc  
effectu dispositionum  
suum effectum suum  
post

meis eam explicatam dedi. Veniam igitur me quoque facile impetraturum mihi persuadeo, si in hac vel illa re peccaverim, & meliora edoctus sententiam meam mutare haud recusabo. Interea facili negotio quisque perspiciet, me in explicanda hac lege mentem & indolem ejus semper ob oculos mihi posuisse, neque restrictione, neque extensione ultra rationes ipsius admitta. Quum autem salutaris ejus provisio ad utilitatem publicam maxime conferat, adplicationem ejus semper ita fieri opto, ut salus publica magis magisque promoveatur, commercia in patria mea florentissima ad sera usque tempora eo stabiliantur atque adaugeantur, & commoda ad omnes cives inde redundent maxime insignia!

T A N T U M.

CORRIGENDA

pag. 6. lin. 3. pro pecifioni lege decifioni.

pag. 15. lin. 7. pro Hamburgensibus leg. Hamburgensibus.



ULB Halle

3

001 601 61X




TA-20L









Farbkarte #13

B.I.G.



INAUGVRALIS IVRIDICA

DE

NE BONORVM HERE-  
N CASV, VBI FORENSES  
SPONERE POSSVNT, IVRE  
MBVRGENSI LICITA,

QVAM

VMINIS DIVINI GRATIA  
X DECRETO

CONSVLTORVM ORDINIS  
HRISTIAN-ALBERTINA,

RÆSIDE

MAGNIFICO,  
ET CONSVLTISSIMO,

RISTIANO DORN, D.

PRO-CANCELLARIO,

NIS, MAGNI DVICIS ET TERRARVM

N CANCELLARIA DVICALI SLESVICO-HOL-

STITIÆ, IVRIS PVBLICI ET FEVDALIS

IO, ATQVE FACVLTATIS IVRIDICÆ

RIO, h. t. DECANO,

TORE SVO MAXIMOPERE DEVENERANDO,

LICENTIA

IVRE HONORES RITE CAPESSENDI

LII ANNO MDCCLIX.

VRVM EXAMINI SVBMITTIT

AVCTOR

RISTIANVS V̄LKEN,

MBVRGENSIS,  
TRIA ADVOCATVS.

TTFR. BARTSCHII, ACAD. TYPOGR.

1759, 11 a

